



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Η ΣΙΩΔΟΥ ΕΡ-
γα καὶ ἡμέραι.

Hesiodi opera &

DIES, CVM INTERPRE-
tatione Latina & Scholijs, utrisq; ad
planiorem explicationem accom-
modatis.

AUTORIS MATHIA GARB-
TIO Illyrico, Græcæ linguis & Moralis phi-
losophiæ in Academia Tübingensi
professore.

Ad Lectorem.

Μοίσας τὰ πρὸς ὑσιρόδεν βιβλοῖς συγκαταθεῖται
Εὐδοκίμος, σπειρόπος ἵνδα τοῖς ἀμφίποις
Ἄργεις δίηγα κατός, οὐδὲ χρύσιμα πάντα πορίσχυτος,
Ως αὖ ἴνασσα τοῦτο, καίρεια σωτηρίου.
Ταῦτα μαθὼν, ἐκ αὐτούντων, δέ τ' ὑμεροῦσθε ἱρῆς
Παιδίος πρωτίδιας σὺ νύγει πονητάμενον.

BASILEAE, PER IOAN-
NEM Oporinum.

M. TOXITES MATHIAS GAR-
bitio Illyrico.

Omnis ab antiquis sapientia uatibus olim
Musarum dulci tradita uoce fuit.
Relligionis enim, morumq; fuere magistri:
Cunctaq; Pieris edocuere modis.
Dulcis at ingratum uelabat fabula uerum,
Ne fugeret monitus turba profana graues.
Hac etenim populum ratione iuuabat inertem,
Aonia grata fallere fraude lyre.
Hoc fuit & sylvas traxisse, serasq; canendo:
Hoc fuit in muros cogere saxa fono.
Ergo quod occultam conaris reddere lucem
Vatibus, & tenebras pellere sole nigras:
Aeterna meritò nobis es laude colendus,
Plura sed à grata posteritate feres.

3

ORNATISSIMO VIRO
D. CHRISTOPHORO IVLIO
Norico I. V. Docteri consultissimo, Domino &
amico suo ueteri, MATTHIAS
GARBITIVS S.



O C Hesiodi opuscu-
lum ego semper iudi-
cati dignū multorum
cognitione, propter il-
lam grauem & utilem
doctrinā, quam de mo-
ribus & uitæ melioris
ratione continet. Hanc ob causam ipse
id aliquoties publicè meis auditorib. ex-
plicui: sed de illis meis explicationibus,
consilio quodam meo quo haetenus ab-
stinui ab editione aliarū etiam mearum
cogitationum, nunquam uolui aliquid
euulgari. Ut autem iam consentirem in
euulgationem huius proximæ explica-
tionis hisce diebus finite, effecerunt im-
probæ quorundam bonorum uirorum
efflagitationes: & quia metuendum e-
rat, ne ex mea prælectione quædam ex-
cepta, per alios minus integrè publica-
rentur. **Hæc autem mea, prodeunt ip-**
a a fa qui-

Epistola

4

sa quidem post multorum sedulam & e-
ruditam in hunc poetam operam , sed
fortasse non prolus nullam fusioris &
& planioris explicationis gratiam mere-
buntur : tametsi interim hoc quoq; non
sit inficiandum, eam esse priscæ sapientiæ
grauitatem in hoc libello , ut ea porrò e-
tiam multorum ingenij & industriæ sit
præbitura materiam discussionis com-
mentationisque neq; ociosæ neque ine-
ruditæ. Nam utcunque hoc opusculum
uideatur esse nudum, & simplici consta-
re γνωμολογία : habet tamen etiam inserta
quædam, ab initio presertim, de illis pri-
scorum sapiétum mysterijs, quæ sub suis
figmentorum inuolucris comprehensa,
non sunt ita facilis indagationis, nedum
enarrationis expeditæ ad rudiorum in-
telligentiam : deinde ipsæ etiam præce-
ptorum sententiæ, non, ut sunt de com-
muni uitæ usu , ita etiam noticiam pla-
nam proponunt , sine omnibus prisci ser-
monis figuris . Ad hæc, pleraque ex his
præceptis sunt ita grauia & sublimia , ut
tam non abhorreant à doctrina sancto-
rum patrū & legis diuinæ , ut dicas inde
petita esse : alia autem ferè omnia cum
lege

Iege naturæ usque adeò consentiunt, ut
cam ab ipsis secernere non queas. Præte-
rea consilij poetæ propositio principalis
est omnino philosophica, de officio ho-
minis & recta uitæ institutione, ad con-
secutionem felicitatis eius quæ non est
conspicua & obvia quorumuis animad-
uersioni. Et tractationis *ɔinovouμια* multo
minus est facilis obseruationis, ut in hoc
genere scripti & argumenti: ubi etiam sa-
pientissimus poeta pro gloria sapientiæ
illorum temporum, uoluit singularem
quandam usurpare prudentiam, ne in do-
ctrina prudentiæ uideretur quid contra
eam admittere. Quæ singula ego pro
uirili studi reddere planiora. Si id non
sum assecutus, ansam certè quandam ui-
debor exhibuisse alijs doctioribus, ad id
persuas *επιδέοεις* assequendum: sicut for-
tasse tali elaboratione non indigna fue-
rit huius libelli doctrina, quæ est illius
apud Græcos antiquissimæ sapientiæ, &
non de arte quadam particulari aut fordina-
da, sed de hac honestissima & uniuersa-
li recti totius uitæ usus. Hoc aut quic-
quid est opellæ meæ, in explicationem
huius opusculi collatæ, tibi ornatissime

D. C H R I S T O P H O R E ascribere uoluī , quē
etiam adolescentem , cum sub mea disciplina essem , sciebam p̄æ alijs meis disci-
pulis , pro tuæ indolis præstantia , & di-
ligentem & fœlicem fuisse in huiusmodi
morum & uitæ doctrina addiscēda : cum
etiam nō solum hunc poetam , sed & Ho-
merum , Theognidem , & alios , atq; Ari-
stotelis Ethica & Politica ex me cum ma-
gna attentione ingenij tui audiuisti . Ex
quo autem tempore , post tuum hunc à
nobis in alias Academias discessum cum
honore Magisterij apud nos gloriofissi-
mè adepto , te studio Iuris totum dedi-
sti , uideris tu quidem nō nihil abductus
esse ab ista doctrina : & iam , postquam
tuo studio Iuris feliciter & honorificè ab
soluto ingressus es cum dignitate Docto-
ria in rem pub. & undas ciuilium occupa-
tionum , longè magis existimari possis di-
gressus esse ab hac parte philosophiæ . sed
res aliter habet : nec tu cā deserere pror-
fus uel tum potuisti , uel iam potes . Nam
dum illud tuum Iuris studium coluisti ,
uersatus es in parte quadam Moralis do-
ctrinæ , & ea amplissima : sicut Ius Roma-
num est petitum non solum ex omni an-
tiquitate ,

tiquitate, sed & ex partibus legis naturę omnibus, & est accommodatum ad nullam non formam & partem societatis ciuilis. Nec illud recte uel explicari tibi ab alijs, uel abs te percipi & addisci potuit, sine multis subsidijs ex hac morum doctrina pétitis, quæ est *αρχιτεκτονική*, & fontes atque causas omnis humanæ & ciuilis sapientiæ tradit, à qua explicatur tota natura hominum, uniuersa societas & cōiunctio generis humani, omnes eius formæ & status, & cuiusque ordines, gradus, partes & iura, quibus constant hæc singula: tum uero causæ omnes & tranquillitatis & turbæ, mutacionumque in societatibus communibus. Quæ tu profectò ad tua iura penitus ex fontibus suis cognoscenda, nunquam prouersus intermittere uoluisti. Iam autem, postquam ascitus es in rem pub. & quidem ciuitatis longè celeberrimæ & populosisssimæ totius ferè Germaniæ, ubi in incredibili uarietate & personarū & rerū oportet te sapere & prudentem esse, non solum pro te & tuis, sed & pro alijs, & præcipue pro negotijs & salute patriæ: multominus te subtrahere potes à multipli

plici cognitione & consideratione perpetua naturæ hominum, & rerum uitæ: cum haud dubiè sentis, omnem tuâ scienciam, quamcumque illam & iuris & aliarum rerum, neque per se satis multam esse, neque sine experientia & usu rerum non mancam, imperfectam & incertam. Nam in tali demum uitæ statu, in quo tu nunc es, uerè hujus scientiæ & prudentis rerum cognitionis necessitas, amplitudo & difficultas, ut in te præsen ti, pro cuiusque cordati experientia, animaduerti solent, & quidem sine modo in aliqua ætate quamlibet ingrauescen te determinato: immò uero cum incremēto perpetuò comitantे ætatum & experiencię progressiones & augmēta. Quod sciuit Plato, qui (quemadmodum sæpe ex me audiuisti) asseruit beatum esse iudicandum, qui uel in extrema senectute consequatur sententias & opiniones reatas de rebus agendis. Quod experiebatur Solon, cum in senectute subinde hoc in ore haberet: γεράσκω δέ αἱ πολλαὶ διδα σκέματος. Quod & Julianus sentiebat, cū & ipse iam senex sæpe hæc uerba usurpa ret: Etiam si alterum pedem in cymba Charontis

Dedicatoria.

9

Charontis haberem, tamen adhuc discere uellem. Hi duo tanti uiri, iam senes, non acquieuerunt in sua intelligentia: sed eam, ut imperfectam, & senserunt in dies usu uitæ prouehi, & studio indesinente prouehendam esse censuerunt.

Plato uero uidetur absolutionem huius sapientiæ omnino detraxisse industriæ humanæ, & eius tantum qualem cunq; adeptionem contribuisse benignitati diuinæ. Quæ cum ita se habeant, nec te fugiant, nō tu certè, in tua singulari modestia & solicitudine, non soles à tui Iuris uoluminibus subinde per ocium redire ad hæc Poeseos & Moralis philosophiæ, atque etiam Historicorum monumenta, quæ sunt ex contemplatione uitæ communis petita, & ad eius cognitionem facilius & plenius consequendam conscripta: & præcipue hæc Poetarum. quæcum contineant picturas quasi uiuas, & eas uniuersales, morum & uitæ: præstant non solum Historiæ, quæ dunt taxat in singularibus personis & rebus occupatur: sed & Philosophiæ, cuius precepta sunt nuda, & disputationes interdum exiles. ut quod uerissimè Horatius

a 5 de Ho-

de Homero dixerit,

Qui quid sit pulchrū, quid turpe, quid utile, quid nō, Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit: id sit intelligendum suo modo de omni prisca Poesi, de Tragœdia etiam, & de Comœdia: quæ licet separatim & per partes negotia humana depingant, illa uitæ publicæ, hæc priuatæ, tamē totā uitam hominum exprimere student. Quod & Plato sensit, qui uitam cōmunem dixit esse tragœdiā & comœdiā. Cicero tamen, ubi dicit Comœdiā esse uitę speculū, in quo effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginē uitæ quotidianæ cernere licet: uidetur aliquanto plus ascribere Comœdiæ, ut ea sit totius uitæ & omnium hominū pictura. Quod hoc sensu non malè dicitur, quatenus ipsa est adumbratio uitę domesticę, quę est personarum non solum priuatarum, sed & publicarum & magnatum: interim tamen manet utriq; suum genus personarum & rerum, quod exprimunt, Comœdiæ priuatum & inferius, Tragœdiæ publicum & superius: & in utroq; alterius status nonnihil delineatur. in Comœdia, ex priuata uitæ domesticæ expressione licet

licet petere iudicium quoddam de illu-
striore uitæ ratione personarum magna-
rum : & in Tragœdia, ex repræsentatio-
ne uitæ & fortunæ publicæ magnarum
personarum, pro illo ipsarum statu publi-
co, potes cognoscere conditionem & for-
tē priuatorū . His enim duob. hominum
& uitæ generib. promiscuis omnis socie-
tas ciuilis perficitur . nō enim potest esse
ulla domestica societas , nisi in aliqua ci-
uili pleniore : nec ciuilis potest existere,
nedū constare, sine multitudine familia-
rū & domesticarū coniunctionum. Quo-
rum omnium cum in Comœdijs & Tra-
gœdijs, & illa alia poesi , heroica præser-
tim, proponantur imagines expressæ , &
quasi uiue , & eę perquam iucundę (sicut
& prodesse uolunt , & delectare Poetæ)
nō sunt profectò illę prætereūdę, sed sub-
inde intuendę illis, qui cum cognitione
quadā & utili obseruatione rerum uitæ
principiarum uolunt uersari inter homi-
nes, ad profectum experiencię cotidianę ,
pro uitæ prudentia quadā tandem parada.
Ad quę usum & hęc à Poeta nostro per-
quam appositę , ut in hoc genere doctri-
nę traduntur: non, ut interdū simplicius
& nū.

& nudius, ita eo ipso minus planè & accommodatè ad expeditiorē perceptionem. Proinde te, quamlibet ingenio, eruditione bonarum artium & philosophiæ, scientia Iuris, & iam quodam nō exiguo usu quoq; uitæ pollentē, non pigebit tamen diuertere interdū ad relegenda hæc tam utilia ad absolutionem quandam ciuilis professionis & sapientiæ humanae: nec fortasse raro te etiam necessitas quædam eò adiget, aut certè persecutio liberalis & gratæ *avantœws* inuitabit. Tempus autem fortasse rarius tibi concedent occupationes tuæ, sed non prorsus adiment omne. Cum uero relegeris hoc *vβtinβv* opusculum Poetæ huius, ille te post tantum temporis interuallum, & in hac tua intelligentia, haud paulo magis oblectabit, propter illa suprà exposita: & quia accuratè in eo conatur depingere, & tantum non oculis spectandum proponere, inter alia, hoc etiam de communi uita, ut est ea, & ferè culpa & uitio naturæ hominum, uaria, turbulēta, inquie ta, misera & tristis, ut nullis neque iusticiæ præceptis & gubernationibus, neq; prudentiæ consilijs & conatibus satis dirigi &

rigi & cōponi possit ad qualemq; sta-
tum alicuius commoditatis tam priuatę
quām publicę: imò uerò p̄eclarè docet,
quod te uel in primis iuuabit recolere, o-
mnē prudentię humanæ industriā, quan-
tamcūq; illam, & quamlibet speciosam,
ferè euentu ipso deprehendi cæcam, stul-
tam & calamitosam. quod facit in figmē-
to Promethei, cui attribuit fratrem ἐπιμή-
θεα: qui etiam sollicitè & prudenter ad-
monitus, non recusat noxiam Pandorę
receptionem:

*Αὐτὰρ οὐδεξάμενος, δέ τε οὐκέτη λαχοῦρ εἰχ' εὐόνσει.
qualem quidem ἐπιμηθείαν nullus non
quotidie in sua ωρομηθείᾳ experitur. Pro-
cuius loci explanatione ego dixi quæ-
dam de prudentia & industria métis hu-
manæ, ad quę fortasse non pauca acce-
dēt ex Aeschyli Prometheo, in cuius in-
terpretatione iam denuò uersor: quem
& ipsum ex me antè auditum, non pige-
bit te, cum ille prodierit, relegere. Ego
certè dabo operam, ut ad te exemplar u-
num perueniat. Interim fruere hac mea
in poetam hunc opera, quam tibi pecu-
liariter ascriptam uolui, ut μυημόσωορ νό^ν
ingratum animi mei erga te. cuius inspe-
ctione,*

Etione, si te interdum per ocium nonnihil, & ad quandā tum non prorsus ociosam recreationem animi tui, tum amicū tui ueteris recordationem nō insuauem, oblectabis: ego id habebo pro fructu uberrimo huius meę & operę & inscriptio nis. Vale in Christo seruatore & Domi no nostro quām fœlicissimè, cum omnibus tuis. Tubingæ, Calend.

Ianuarijs, 1559.

15

MATHIAE GARBI-

TII IN HESIODI OPERA

& dies Scholia.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
Εργα λικη μυθοι.



ST titulus siue inscriptio libri,
quæ continet autorem & argu-
mentum. Autor est Hesiodus, u-
nus ex illis antiquiorib. poetis:
qui ita dictus uidetur, quia, us-
tus admodū religiosus & sapiens, traderet ho-
minib. rectā & felicē, ac propterea gratā uitæ
uitā: περὶ τῶν ἡμῖν uoluptatem, & οἰδὸν uitā. Que
doctrina de recta uitæ ratione prima & anti-
quissima fuit: ut natura corrupta ab errorib.
cęcitatis suę, & prauitate cupiditatum, quan-
tum fieri posset, abduceretur. Vnde etiam fa-
ctum est, ut de nulla re sint plura & grauius
scripta ab omni antiquitate: quia ex quoti-
diana experientia sentiebatur nihil nec magis
necessarium & salutare, neque difficilius
esse, quam hominem in rectam uiam perduce-
re, & in ea retinere ad uitæ suæ commodita-
tem. Inter illa autem plurima, primùm à Poe-
tis, deinde à philosophis hac de re conscripta,
hęc Poetę huius semper obtinuerunt locum
non postremum apud intelligentes: quibus
uiderentur

uiderentur complecti illam, quæ secundum legem naturæ rectissima posset esse uitæ ratio : idq; breuiter pro illa prisca *βραχυλογια*: nec omnino nudè, sed sub suis figmentis & figuris uetustioris illius & grauioris atque sapientioris adumbrationis rerum humana-rum. Quæ dici non potest quantopere affi-ciant, & in quantam uitæ humanæ considera-tionem perducant attentiores : ut profecto non possit illis non esse *σοιδη*, hoc est, dul-cis quædam & suavis atque grata & exoptata uia ad uitam melius & suam administrādam, & aliorum atq; etiam communem omnium contemplandam.

Aσκρη uocatur à patria, àττε à *Aσκρη*, ui-co Bœotiae sub monte Helicone sito, cuius ipse meminit lib. secundo, his uerbis:

Ασκρη, χαῖμα λακῆ, δέρει αγραλέη, δάκτωστ' ἐθλῆ.
Vbi etiam fortasse dabitur nobis locus dicen-di de nōnullis alijs ad Poetam hunc nostrum attinentibus. Ouidius etiam libro i. Amorum meminit eius his uerbis:

*Vivet & Ascreus dum mustis uua tumebit,
Dum cadet incurua falce resecta Ceres.*

Parentes eius fuerunt Dius & Pycimede, pau-peres illi quidem, sed pij & probi, qui iusto manuum suarum labore conati sunt se & suos alere: in quo uitæ genere uoluerunt etiā hunc filium suū retinere. sed is beneficio Musarum quodam diuino, cum pasceret oves, fuit ab illis.

illis ad studia inclita abductus, sicut hoc ipse tradit in sua *διογένεια*. Et sanè apparet, ipsum mō solum ingenio & doctrina excelluisse: sed & piūm, sapientem, grauem & industriū fuisse. etiam carmen eius ut omni antiquitatis eruditissimum exultum: ita doctrina, pro temporibus, pietatis, sapientiē & honestatis refertur. Nec quidē Opusculi huius ratio in primis iusticiē & laboris est illustris.

Epytai γεγονότα.] Hoc est argumentum siue materia Opusculi huius, in quo tradit opera siue labores hominum, & dies atque tempora & occasiones eorum, ut in uita communi ab hominib. tractari & exerceri solent & debent. Omnia enim opera humana, atque adeò totam uitā hominum tam malorum quam bonorum, conatur describere, & quidem secundum omnes uices & progressiones cursus rerum humanarum. Præcipue tamē cōspectat, ut doceat, quæ sunt opera hominis propria, diuinitatis recta & salutaria: & qua temporis & aliarum rerum commoditate administrari debent & possint, ad hoc ut feliciter succedant, & hominis uitam honoratiorem reddant.

Hac autem opera solent esse duplia: alia animi, alia corporis siue externa, quæ sunt acquisitionis rerū, & curæ administrationis domesticæ. Illa sunt potiora & priora, quæ sunt officiū hominis & bonorum morum atq; uirtutis, unde hæc altera recte & suscipiuntur &

b admini-

18 IN H E S I O D V M

administrantur. Vtraquę hic traduntur à Poeta, & comprehenduntur admodum philosophicè & grauiter sub iusticia & labore, siue sub iusta industria . ita enim etiam Philosophi & omnis antiquitas loquuntur de hominis officio, ut afferant id esse recte agere, uel agere secundum rationem rectam , uel secundum uitatem perfectam. à quibus nihil discrepat Poeta : qui per iusticiam intelligit uitutem perfectam, & hominis maximè propriam , ex qua omnis recta ratio proficiscitur : per laborem autem, intelligit industriam & actionem laudabilem & utilem, ex iusticia prodeuntem. & in hoc iusto siue iusticiæ labore constituit uitæ & rectitudinem & felicitatem: quod & ipsum est eruditum, & philosophorum doctrinæ cōforme, qui hominis officio hunc finem attribuunt, ut inde ille bene, recte & feliciter habeat & agat.

In primo libro exequitur opera animi & bonorum morum, quæ sunt iusticiæ, ubi primum prolixè incommoditatē, difficultatem & miseriam uitæ communis explicat, ut illa in dies inde aggrauetur & fiat calamitosior, & ex prauitate humanæ naturæ, & ex cursu uario, incerto, & instabili rerum omnium. Dein de multis cohortatur ad laborem & iusticiæ, & de utroque tradit præcepta uaria & necessaria pro tali naturæ & rerum humanarum statu ad meliorem & rectiorem uitæ rationem.

Ab in-

Ab iniusticia autē & ignavia dehortatur subinde, ut ab ijs quæ sunt contra rectam & felicem uitæ rationem: & non Deo tantum aduersa & inuisa, sed & hominibus undequaque turpia & incommoda.

In secundo libro tradit illa alia opera, quæ sunt corporis & industriae domesticæ & exteriores, circa rerū aquisitionem, circa coniugium, libertos, seruos, & similia.

Et quia acquisitio per agriculturam est homine dignissima, & priscis temporibus in primis usurpabatur, tum uero quia etiam negotiationem per nauigationem illa loca effligabant: ideo de istis duobus acquirendi modis præcipue tradit præcepta. De diebus autem & temporib. opportunis passim subint de facit mentionem: & in fine secundi libri, quæ tum mensis cuiusque die quoque videbantur peculiariter, non sine religione quadam obseruanda, ut fausta aut infausta, separatim & distinctè commemorat: quod & ipsum admodum piè & utiliter proponit & tradit, quia est plurimum situm in temporib. ad res agendas recte: & pro ijs, ut Salomon dicit, omnia sunt divisionis ordinata, & ira fiunt. Hæc breviter ex inscriptione, de argumento & consilio Poetæ in hoc opusculo. reliqua dabit fuisse & planius particularis cuiusque loci explicatio.

Η ΣΙΟΔΟΥ ΕΡ-

γα καὶ ἡμέραι.



ΟΥ ΣΑΙ τιθεντος οιδησ οὐσα,
λεντεδι γνηπεπε σφετερου
πατρού μνείσαι, (τε,
ὅμπε οίδε βροτοί ανδρες ὅμοι αφετοι τε φατοι
γητοιτ αρρητοι τε. θίσ μεγάλωι ἐκητι.
γειος λην· βειάι, ρέος διβειάονται χαλέπει,
γεια δι αριγηλου μινύθαι, καὶ αδηλου αέξει,
γειος διτ ιθωει σκουλιόμ, καὶ αγήνοραι κάρφοι,
ζεὺς υψιβρεμέτης, δις ζωέραταις δώματαις ναέδ.
καλύθεισιλαμ, αἴωμ τε, οίκη δι ιθωε θέμισαις
τύνη. εγώ σίκε τορση εἵπτυμα μυθισαίμαι,

HESIODI OPERA & Dies.

Musæ ex Pieria, quæ soletis carminibus
celebrare,
Agite celebrate Iouem, uestrum patrē colendo,
Et per quem mortales homines sunt, glorioſi et
inglorij,
Laudabiles et illaudabiles. nā fit hoc cōſilio Iouis.
Facile etenim extollit, et facile elatum deprimit:
Facile

Facile etiā ualde clarum imminuit, & obscurum
auget, (siccat,
Facile præterea corrigit distortum, & animosum
Iupiter altitonans, qui suprema domicilia incolit.
Attende intuendo & auscultando, atque pro iusti-
cia tua dirige iura
Tu: ego autem fratri Persæ uera dixerim.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Orditur admodum aptè, & disertè propo-
nit more Poetarū, per inuocationem : in quo
simul grauitate instituti excitat lectorem. Pro-
ponit autem cursum rerū humanarum ex gu-
bernatione diuina, ad hoc ut ostendat, qua or-
dinatione diuina fiat, ut in huiusmodi rerum
humanarum uario, reciproco & incerto cur-
su, alijs hominum rerum suarum successu effi-
ciantur celebres & clari, alijs contrà ignobiles
& obscuri rerum suarum euentu cōtrario. Ad
quod argumentum, ut admodum seriū, gra-
ue & explicatu utile, inuocat Musas: quia hæc
explicatio non sit qualiscunq; ingenij, sed eius
quod diuinitùs regatur, & aliquanto altius
contemplatione sua euhat. Et sane ipse hoc
argumentum ita tractat, ut certè non immer-
to intelligentioribus videatur egregiam sa-
pientiæ laudem eo consecutus esse, & quidem
non sine nutu quodam diuino. Quo quis dili-
gentius hauc eius doctrinam expendet, eo id

magis sentiet, nec inde non multum iuuabitur ad rerum communium uitę huius attentionem contemplationem, & suarum institutionem meliorem.

Mουσαι.] Ratione officij inuocat & cohortatur Musas: quia ipsarum sit muneris & studij, tradere & celebrare carminibus ea quae sint laude digna. Præcipue autem suas musas, hoc est ingenium suum, solitum duntaxat occupari circa honesta, grauia & utilia, excitat ad præsens institutum: in quo nō solum hanc doctrinam, sed & suam in eam operam nauatam commendat, quæ ingenio attentiore & contemplatione accuratiore sit peracta.

Δοῦτον.] Disertè quid iam petat, & in quo uelit ingenij sui industriam occupari, subiungit. Petit autem, ut Musæ celebrent Iouem, unde & ipse sint ortæ, & omnes res humanæ administrantur. hoc est, petit ut in honorem Iouis patris fui, & gubernatoris supremi omnium, explicent eius administrationem, quæ alijs in hac uita bene habent & sunt felices, alijs cōtrā male habent & sunt miseri. Ita ergo promittit explicationem uitæ communis & rerū humanarum, ut diuinitūs gubernantur, & ut inde alijs sunt felices, alijs miseri.

Επίκαρπον.] dicite, canite, celebrate. ut Homēsus suam Odysseam orditur, αὐδρα μοι ἔντε μοι σα πολύτροπον, &c. sic hic, canite & ornate Iouē, qui & pater est uester, & res omnes gubernat

& administrat pro sua & uoluntate & potentia.

O_μ τε διὰ] Alij uolūt esse interrogationem, ut quærat à Musis διὰ ὅν τρόπον, per quem modum fiant alij homines celebres, alij ignobiles. quæ non est incommoda expositio. Sed non minus commode potest intelligi sine interrogacione, ita : Celebrate Iouem & ut patrem uestrum, qui omnium ingeniorum studia largitur, alit'q: ut διὰ ὅν, per quem, uel καὶ δύ διά, secundum quem Iouem, gubernantur homines, pro ipsius consilio & uoluntate. Nā Poeta in hoc opusculo & ingeniosorum uim naturāq: exprimit, præcipue in fabula de Prometheus & Pando_λa: & aliorum hominū motes & uitam declarat, ut illi quidem diuinitū consequantur uarias ingeniorum dotes. Ex his autem alijs in iusticia & labore uiuēdo, consequantur ex benignitate diuina felicitatem: alijs autem degendo in ocio & iusticię uiolatione, incurvant ex diuina indignatione in omnis generis mala & miserias.

Φατοί.] Intelligit duo hominum genera in primis conspicua: quorum alijs sunt φατοί celebres & gloriosi, πεττί τι laudabiles, honorati, & in ore aliorum, propter meliorem uitæ rationem & commoditatem: alijs ἄφατοι, ignobiles & obscuri, ἀρρενώποτε, qui sunt in nulla laude & commendatione, propter morum & uitiationem contrariam. In quo proponit du-

plicem finem uitæ: unum felicitatis, alterum infelicitatis. de quibus est traditurus præcepta, ad hunc effugiendum, illum consequendum. per φατὴς intelligit celebres simpliciter, & fama nominis claros. per φατὴς intelligit ἵριμος, honoratos, ad certas functiones et dignitates assumptos, et inde nomen & famam habentes.

Διὸς μεγάλοιο.] Hoc, si assumitur interrogatio, est Musarum ad eam responsum: sine interrogatione, est ratio, quare ita uelit Iouem celebrari: quia omnino ipse hoc attribuit ei, ut sentiat, ipsius consilio has uices administrari. Quasi dicat: Nam hoc fit ἴκετη, uoluntate & consilio, *Διὸς μεγάλου*, Louis magni & potestis. uel, Nam sunt homines tales propter & per ipsum Iouem, ut magnum & potentē: qui, quæ uult, efficere potest, & cōsultò hanc administrationem usurpat ad homines retinendos in officio. Nam sunt uitiosi, & uarij atque mutabiles in sua natura, ut nō possint neq; de beant omnes, atq; etiā īdē in eodē semper fortunę & uitę statu retineri, sed sint sua uarietate & uicissitudine rerū cohēcēdi: Ideo subiūgit,

Πᾶν μῆν γαρ βρυάει.] Quibus declarat & potentiam & prudentiam Louis in ipsius administratione, qui prout uideatur, facile & extollat atq; euēhat dignos, rectaq; uia sursum tendentes: & uice uersa deturbet & deiçiat elatos, & suprà quam deceat insolecentes. Ergo ad istam rerū omniū administrationem nihil decet

deest neque uoluntati neq; potentiae ipsius.

Bειάτη.] ινοχύει ογή λρατίνε, roborat & potentes reddit, atq; replet spiritibus, ut habeant q;go τύματα spiritus, & impetus alacres. παρὰ τὸ βέι, quæ particula in compositione tantum est in usu, & significationes uocum, quibus cū componitur, intendit & auget: & à uerbo αἴω, quod significat πνίν, spiro & influo.

Bειάστη.] elatum & inflatum, atque in solescentem ob potentiam & successum: ut sit actium Atticè pro passiuo, pro eo quod est βειάστη μήνιν. uel βειάστη actiue, inflantem & extollentem se. uel βειάστη in significatione neutra, superbientem & insolecentem.

Χαλίστη.] λαχίστη, ογή εἰς χαλιπότητα ἄγε, depravar, deprimit & affigit, atque in difficultates inducit.

Αρίστηλον.] quasi αρίστηλον, ualde conspicuum & illustrem: ut sit, ut nonnulli uolunt, & uersum in ſ. Sed potest non minus commodè hęc uox deduci simpliciter ἀπὸ τοῦ φύτε, & particula αἴ, quę uocum compositarum significationes auget & intendit: ut per αρίστηλον intelligat, insignem ob successum, & admiratione atq; imitatione dignum ob felicitatem bonorum uitę. cui opponit ἀλιλον, pauperem & inopem atque ignobilem, qui fit obscurus, & nullo loco & precio ob uitę incommoditatem.

Ιδών.] dirigit, & in rectam uiam reducit, ταιλῶν, distortum, iniquum & peruersum: &

b s ἀγλώφα

ἀγλώπα, nimis uirilem, animosum & præfidentem, facile exiccat, & suis spiritibus priuat, ut deinceps nō amplius ita efferratur & superbiat. Quatuor autem præcipua commemorata uitia, quibus Numen supremum, maxime offenditur, ut uices & mutationem inducat. primum est, nimia potentia: alterum, gloria & fama inuidiosa: tertium, malitia & calliditas iniqua: quartum, confidentia & animositas. Hinc uult moueri louem in sua gubernatione rerum, ad status & priuatim & publicè in contrarium mutandos.

τίνες ὑψηλέστεροι.] Quod ante tres uersus ponendum erat, hic ponitur: fortasse ideo, quia & ad præcedentia & ad sequentia de Iouis administratione pertinet.

κλῆδ.] Iam post ipsius administrationem expositam, & declaratam eius potentiam, se & suam industriam ipsius gubernationi subiicit; & eum inuocat, ut uelit sibi adesse in hoc suo conatu, tradendi fratri suo ueram uitæ rationem, ex ipsius sapientia & ordinatione petitam. & dicit: Tu ô Iupiter, qui tua sapientia & potentia administras omnia, exaudi me, & assis mihi, in tua animaduersione & contemplatione omnium rerum: & retine tuam gubernationem iusticiæ, quam ego probo & ueneror, & ideo de ea uolo fratri meo uera commemorare.

καῆδ.] Audi me, & assis mihi, tu qui audis & cernis

& cernis omnia. & *Aix*, iusticia & administratione tua iusta dirige & gubernal leges & iura, ut inde ego etiam fratri meo possim uera exponere. Aut petit ab ipso, ut diligenter attendat ad hæc præcepta, quæ ipse fratri suo cupiat tradere ex ipsius gubernatione. ut sit sensus: Ita exaudias me, & assis mihi, ut attendas ad hæc mea præcepta, & ea contempleris atque dirigas tua iusticia, ut ego ea uera & recta, pro tua uoluntate & gubernatione possim tradere fratri meo.

Tuū.] Tu hoc facias, ut ego fratri possim uel, nam ita demum ego fratri meo uera exponere potero.

δικαιούμενοι εἴσιν δρίδωμι γλύκος· ἀλλ' οὐδὲ
αἰσιδύω· τὸ μὲν κρητικόν παινήσει νομίζεις, (αὐτὸν
οὐδὲ μιωμέτπολίσσα δ' αὖθις χαθυμόρειχότινον·
οὐδὲ γάρ πόλεμόν τε πακού καὶ δῆμον ἐφέλι,
φετλίκ· τὸ πιστών γε φελεῖ βροτὸς, ἀλλ' οὐ
αὐτούκτος

αἰθανάτῳ βεληνόπινον δρίψιν θυμῶσι βαρεῖαν.

Ἄλλα δὲ εἰς δρίψιν, πρωτόρειον μὲν εγενάκτονος οὐδὲ
γερόντος,

θάνατον μετέρεσονίδης οὐ τίχυρος αὐθόρι ναύωμι,
γάντι τὸ γέροντον, καὶ αὐθόραστον πολλόμενον.
Αἴπει καὶ πάλαι μόνον πόρος, οὐδὲν οὐδὲ γένετο
πετρόμηνος τίστε ιδαὶ μέργον χατίζωμι (εὐ-

πλάστοις,

πλάνσιομ, ὃς αὐδίδει μὲν αρόματα, πέδε φυ-
τῶνα, τοῖν τούτοις θέματα, γραπτοὶ δέ τε γέντονα γέντω,
καὶ τοῖς αὐτοῖς αὐδίδει· αὐτοῖς δέ δρόσις πέδε βρέ-
ποισι.

καὶ λιοντάριον λιοντάριον κατέσι, καὶ τέκτονα
τέκτων,

καὶ πηγὴν πηγὴν φθονέει, καὶ αἰολὸς αἴολη.

Non ergo unum est genus contentionū, sed supra
Sunt duo. unum probauerit cordatus, (terram
Altera est uituperabilis. Hæ animum in diuersa
distrahunt.

Nam hæc bellum noxium et discordiam fouet,
Quæ est peruersa, et quam nullus homo per se a-
mat: sed qui amant, coacti

Deorum consilijs, colunt istam graue contentionē.
Cæterū illā alterā, priorē genuit obscura nox,
Et Iupiter supremus et cœlum incolens colloca-
uit eam

In radicibus terræ, et quidem hominibus longe
Quæ quilibet inertē excitat ad opus. (meliorē,

Nam ociosus intuens in alium

Diuitem, qui festinat arare et plantare,

Et domū rectè extruer, cuius inus quidem æmula-
tur uicinum

Prope-

Properatē ad diuitias: quæ cōtētio est bona homi
Figulus etiā inuidet figulo, et faber fabro, (nibus.
Et mendicus mendico, & cantor cantori.

Σ Χ Ο Λ Ι Ο Ν.

Aggrēditur tractationem propositam. &
sicut proposuit in cursu humano, sub adminis-
tratione diuina, duplex genus hominum, &
uiam duplēcē: unā rectā ad felicitatem, alterā
uitiosam ad infelicitatē: ita tradit hic in natu-
ra humana duos impetus & impulsus, pro u-
tracq; uia suū: unū ad bonū, alterū ad malum.
quorū uterq; habeat suas causas in prouidētiā
Dei: sed ille bonus, ex benigniore prouidētiā
Dei sit ingeneratus: hic malus ex quadā indi-
gnatione diuina, hominib. nō ita facili cogni-
tu, sit insitus, qui homines ad suū et aliorum
malū impellat, perinde ut ille prior ad bonum
suū excitet secūdū utilem æmulationē aliorū.

*in ap̄p.] Ergo quia ostensum est duplēcē
finem esse, & ad utrumque suam uiam: nō est
in animis hominum una contentio & impul-
sio ad eos, sed utriusque sua. Per ḥp̄ida intel-
ligit motum, impulsū & impetū, qui gignit
contentionem & certamen. Hæc ḥp̄is est supra
terram, & in animis hominum duplex: una
probabilis intelligenti & cordato, quem uo-
cat *νίκητα*, non temere, sed quia ad huius e-
stiam agnitionem & approbationem sit opus
sua consideratione iudicij sanioris: altera est
uitiosa*

uitiosa & uituperabilis; eiusdem intelligentia
judicio. quæ duæ contentiones habent quidē
utraque Iouem autorem, sed ex diuersa uolū-
tate, & ad fines oppositos: una ex propitiâ
uoluntate, & ad iuuandos homines: altera,
ex irata, & ad puniendum. & ideo etiam effe-
ctus contrarios habent. Posterior parit rixas,
lites, discordias, bella, & pugnas, unde omnis
generis mala regurgitant: altera parit lauda-
bile studium alios æmulandi in bonis.

Egic.] Hæc uox uidetur dicta ἀπὸ τοῦ δρᾶν,
ab eo quod est amare & appetere. & primò
usurpatur pro impetu & contentione omnia
cupiditatis effrenatę & liberioris, & ita oppo-
nitur ipſi οὐρανῷ: quę, quia est sedatio & trā-
quillitas, atque harmonia omnium cupidita-
tum & appetitionū, uacat omnino huiusmo-
di contentionē. Deinde usurpatur communia
ter pro duabus præcipue contentionibus in-
ter homines, de quibus Poeta hic potissimum
loquitur: quarum una est æmulationis & li-
beralioris φιλοτιμias, quę dominatur in animis
honestorum, sicut Themistoclem τὸ τοῦ μετεύ-
ας τρίπαιον ὄντα διεκάθισέ αιρει. Hæc est λύτη τις ἡδὶ φαι-
νουλινη παροχοίᾳ ἀγαθῶν ἴντιμων καὶ εἰδικούλων καὶ τῷ
δαβᾶν πιρὶ τὰς ὁμοίας τῇ φύσει, ἢν ἔτι ἄλλῳ, ἢ μὲν ἔτι ἢ καὶ
καὶ αὖτῷ, Est ægritudo & perturbatio quædam
ob bona honesta, quæ uideantur alijs natura
similibus inesse, & quę sibi quoque possint ad
esse; & quia non assunt sibi quoq; est molestū,
non

non quia affunt alij. Haec contentio est honesta & utilis, quæ excitat animos hominum ad bonorum studiorum, consiliorū & conatuū contentiones & certamina. Altera est turpis & noxia, quæ est inuidiae: unde iræ, odia, similitates, & aliæ animorum acerbitates existunt ad dissensiones, motus, turbas, & conflictus: propterea, quia ipsa inuidia est λύπη τις ἀδίστητος φανερός τῷ πολιτευτικῷ άγαθῷ ἀδίστητης οὐσία, μὴ ἵστη αὐτῷ, ἀλλὰ διὰ ικάνου: Est perturbatio quædam ob successum bonorum expectendorum, quæ uidentur alijs similibus adesse, quæ excitat non ad paranda similia, sed ad illos impendiendos in suis, aut etiā ad illa præripienda ipsis. De hac passim Homerus in Ilia-de, & præcipue lib. A. quā fingit feruidā Martis sanguinarij sororem & sociam, quæ primō exigua eleuetur, postea evehatur capite in cœlum, cum supra terram pedibus incedat,

— ηγέτης ἤρες δῆμοτος μημανία

δρον καρδροφύλαιο λιχοτιγνύτη, ἴταρη τι,

ὅτε ἀλέγει μέλη τοῦτον λιορύασται, αὐτὰρ ἐπατα

ληστής εἰσέρχεται, ηγέτης ἔπει βαύνει.

De qua etiam Poeta noster quædam in Theogonia sua, ad hunc locum scitu utilia tradit: & Pythagoras in fine suorum Carminum, eam in animis hominum docet esse causam multorum, quæ & motus excitet in ihs, & ignorantiam inducat, ut præcipites quasi cæci ferantur in uaria mala:

λυγῆν γε σωσταδίς ἔρις βλάπτεσσα λίλιθη
σύμφυτος, λῶ δὲ προσάγειν, οὐκοντα δὲ φύγειν.
Tamen si ibi uideatur loqui de illa generali cō-
tentione & incitatione, quæ est omnium cupi-
ditatum, & præcipue *wiles* faciat.

Διὰ δὲ αὐτοχθονία.] Est τυῆσις, pro diuīdixi, di-
uerse, diuisim, & partes in contrarias uel *αντί-*
χρονία: ut sit sensus, distrahant & diripiunt ani-
mas hominis ad consilia, studia & conatus di-
uersos & contrarios.

Η μὴν γένεται.] Declarat hanc distractionem, &
impulsionem earum. & primū uitiosæ, quæ
est σχετλία, improba, importuna, inquieta, pros-
cax, turbulentæ & infrenis: & proinde turbas,
motus, dissensiones & bella parit: quā ut in-
utilē nemo amare potest, quia est admodum
uitiosa, molesta & noxia priuatim & publicè:
sed tamen eam quantumcumq; grauem & no-
xiā, amant & prosequuntur homines perpe-
tuò et acerrimè: sed hoc faciunt ignorantes, &
inuiti, ex peculiari ordinatione diuina. quia
enim descenderunt à Deo, & meliore parte sui
ad deteriorem: hinc uiciati & corrupti luunt
diuinitùs pœnam suæ defectionis, atq; pariter
& cæcitate mentis & prauitate appetitionum
feruntur præcipites in omnis generis mala.
Hęc dicūtur nō discrepāter à sacra scriptura de
lapsu & uitio hominis, quę sunt aut inde hau-
sta, aut ex penitiore quadā consideratione per
peculiarem *έλλαμψιν* cogitata & animaduertal

OVIS,

*Obsr.] Non per se amatur & mouet appetitiōnem humanā, ad persecutionem sui, quia est proterua, procax, turbulenta & noxia ; ita etiam hac ratione, quia non est *āριτη* & *φιλατη*, eam discernit ab altera : & simul occurrit obiectioni huic, **Quomodo illa mala possit tāto-pere diligi ab hominibus, & esse in tanto pre-cio & vnu?** Hoc enim ostendit fieri non per se, ut ipsa sit expetibilis, sed per accidens, ita ut homines ipsam noxiā p̄räter intentionem prosequantur : quia se ipsis offerat sub specie boni, & ipsi istam speciem cius non possint di-scernere & dijudicare, & hoc quidem consilio & ordinatione diuina: unde est talis uis attri-buta affectib. & cupiditatib. uitiosis, ut illę de-prauent & corrumpan iudicia hominum de-rebus agendis, ut homines non possint uide-re & intelligere, quæ sint uerè expetenda, quæ non: sed ferè uitiosis & falsis suis imaginatio-nibus ferantur in non prosequenda. uel per consilium & ordinationem diuinam, qua ho-mines, cum sunt castigandi, diuinitus excae-cant, ad errores suarum persuasionum : de quod hoc apud Sophoclem in Antigone,*

τὸ δεκατοάρην ποτ' ἐσθίου τῷδ' ἔμμεθ', οὐτω γένεται δικῆγες πρὸς αἴταν, πράσσει δὲ οὐγίσπι χρόνος μετὰ ξτας. — Sapienter hoc à quodam dictum est: Malum uideri interdum bonum illi esse, cuius animū Deus impellat ad exitiū, qui proinde breui tēpore extra exitiū degat.

Tl̄w d̄ īt̄gl̄w.] Alteram contentionem simili
liter à sua stirpe & ui declarat , & ostendit esse
antiquiorem illa uitiosa. Alteram (inquit) *τρ̄s*
τ̄gl̄w, priorem: hōc est, prius. est adiectuum fœ
mininum cum substantiuo, prō aduerbio, con
structione Græcis poetis usitata.

Nv̄ξ īp̄ib̄γv̄v̄.] Series originis antiquissima
& obscurissima, quæ non possit mente & ra
tione humana erui & percipi, sed sit cuiusdam
sublimioris contemplationis , quæ sit peten
da ex doctrina & illustratione diuina: & haud
dubie intelligit integritatem hominis primò
creati : unde hæc bonitas etiam post naturam
corruptam existit in plerisq; aliquanto sanio
ribus . Pium & hoc est, quia subiçcit eam ordi
nationi diuinæ , unde sit hominibus longè
melior in terras & animos atque cætus homi
nū dimissa & tradita ad hoc , ut eos excitet ad
honestos & utiles labores . quæ habet hanc
uim, ut quamlibet ignavum, exuscitet ad indu
strialiam : & hoc quidem hac occasione & ratio
ne, ut cum aliquis in ocio degens , & inde pe
nuriam sentiens, uideat uicinorum suorum a
liquem per laborem & industriam suam dite
scensem, eum simili industria æmulandum sta
tuat, & sibi proponat.

Cīm̄v̄ v̄ K̄d̄a.] Intelligendū eit non solum
de domus extructione, sed & de familiæ recta
& utili administratione.

Z̄m̄i.] Est præcisio enumerationis per for
mulam

mulam uniuersalem. quasi dicat, breuiter, omni
nino uicinus suum uicinum ad opes acqui-
tendas intentum æmulatur.

Ayath.] Itaque hæc contentio est utilis hominibus, qua etiam artifices se inuicem æmulatur usq; ad indignationes mutuas, & cōtentiones actiores. Hos duos uersus Plato in Lyse, & Aristoteles in 5. Politicorum, & secundo Rheticorum, & Galenus in Methodo therapeutica, referunt ad illam priorē noxiā contentionem, quæ est inuidiæ. Plutarchus uero, ferè attribuit isti bonæ & salutari, quæ est æmulationis laudabilis : ad quam etiam Poeta eam refert, sed sub quadam lōgiore digressione à laudabili affectione ad illam uitiosam, ut iam non minus inuidiæ quam æmulationi rectæ ascribi possint huiusmodi artificū mutuæ contentiones : & tamen mereantur in illis laudem quandam, & approbationem, propterea quod eos excitent & exerceant ad maiorem industriam, nec ab illis, ut φορτική σύγιος, facile quid melius requiri possit. Nam ut laudabilis γένης ingenuos mouet, ita serui les iste φορτικής. Dicit ergo, hac contentione etiam figulus succenset & æmulatur figulum, licet aliquanto acerbius, pro hoc hominum genere, quod non potest ita moderari & celare aut dissimulare affectus suos.

ωτορίση, σὺ δέ ταῦτα τεῦ θύμάτθεο θυμῷ·
καὶ δέ σ' ὅρις κακόχαρτος ἀπ' ὅργῳ θυμὸν ὅργο
νέκε ὄπι πῆδοντας ἀγορῆς ἐπακόδου τόντα. (ἥτις
ἄρη γαρ τὸν ὄλιγον τελετὴν νεκέων τὸν ἀγορέων
τὸν οὐτε μή τίος φύσει τόποντανός ητάκε) (Τε,
ἄρανος, τὸν γαῖα φέρει δικαίοτος ἀκτίω.
Τίνειορεοσάμενος, νέκεα τοῦ δικαιοῦ ὄφελοις
ἀπίμαστος ἐπ' ἀλλοῖσις. Κινδύνει τοῦτον τὸν τόπον
ἔσται)

Ἄδη ἔροισιν. ἀλλ' αὖθις διακρινώμεθα νέκεα
ἰθέασι δίκαιος, αὖτε ἐκ δύο εἰσιμο αἴσται.
Ἄδη μὲν γαρ οὐλῆρον ἐδασάμεθ', ἀλλα τε
πολλὰς

έργατά γε μέφορεις, μέγα διεκδικέντων
διωροφάγος, οἵ τινες δίκαιοι θεοί λαστιδίκαιοι.

O Persa, tu hæc sepone in animum tuum,
Nec te contentio maligna abducat à labore,
Ut fias obseruator litium, et fori auscultator.
Nam tempus exiguum litium et fori datur illi,
Cui non est intus sepositus uictus annuis
Et matus, quem Cereris fructū terra proferat.
Eo satur, licebit contentiones et lites foueas
De bonis alienis. sed tibi non amplius licebit
Ita agere mecum: sed deinceps dijudicabimus litem
Rectis

Rectis iudicijs, quæ ex Ioue sunt optima.

Antè quidē sorte diuisimus : tu aut etiā alia plura

Abrepta auferebas ad demerendos iudices

Domiuoros, qui hanc litem uoluerunt dijudicare.

Σ Χ Ο. Λ Ι Ο Ν.

Alloquitur fratrem, & iam traditam doctrinam ad eius emendationē accōmodat : quem indulgentem prauæ contentioni , & eius uitæ insistentem per ocium & iniustiam, dehortatur ab ea ad alteram cōtentionem honestam, & eius uiam meliorem in labore & iusticia sicutam. In quo uerè fraternam suam erga ipsum benevolentiam & solicitudinē declarat, dum ita loquitur : O frater, tu hæc cogita diligenter , & penitus apud animum tuū perpendas, nec amplius committas, ut cupiditas (*λαύχαρης τόπος*) noxia, & damnis atq; malis aliorum gaudens, arceat & prohibeat *σὺ* tibi animum: uel *σὺ, τε: δυμάνεις*, scilicet *λαττά*, secundum animum, uel in animo, à labore, ut te conuertas ad ocium fori , & lites eius aucuperis, septeris qz. Nam tale uitæ genus res tuæ non ferunt : nec quisquam aliis potest diu in ocio & litibus fori uersari, qui nō habet sub sua possessione reconditum fructum , qui ei abundè sufficiat in annum ad uictum, quemq; ei mature & statuto tempore sine frustratione terra producat. Talem ubi per tuam iustum industriam ad satuitatem usq; nactus fueris , tum poteris ale-

re & exercere lites ob bona aliena. sed tu, animo tuo emendato, & conuerso ad meliorem acquisitionem, hoc nunquam es facturus. Ut aut tibi spem quandam facias de bonis meis, quasi uelis denuò mecum agere, sicut ante, hoc tibi non amplius concedetur: sed si quæ alia controuersia inciderit inter nos, illam componeamus iustis iudicij, quæ à Iove sunt ordinata, ut optimæ normæ & regulæ ad dirimendas lites. Tu uero, cum non ita pridem diuidemus paternam sortem, non es secutus talia iudicia: sed praeter tuam partem, multa alia per uim iniuste auferebas, & solicite muneribus studebas tibi conciliare & demererii iudicces aurofæcissos, auaros, πλιενίκτας & iniquos, qui in se recipiebant diremptionem litis nostræ.

Ωρη γέρων διάγε.] Hic alij per ὥραν intelligunt φροντίδα, curam & studium: non male, neque sensu alio, quam quod tales curā & persecutionem litium in foro non liceat diu retinere.

υπόποιοι, δολ' ισπασι μόσχω πλέον ἅμασυ τακτούς,

δολ' ὁδοῦ γνώματάχε πειρῶ ασφοδελῷ μεγάνθεαρ.

Ιερύταντες γαρ ἔχοσι θεοὶ βίον αὐθεώποισι.
γνήδιως γαρ κανέοντες πάντας δργάσαιο,
ώστε σὲ καὶ εἰς γνώματον ἔχειν καὶ αδργόντες εἶντα,
πάντας πηδάλιον γένος καπνὸν καταβεῖο,
δργάσαιο

εργα θοῶμ δ' απόλειτο, καὶ οὐκέντωμ ταλαι-
ργάνη.

*Stulti, neq; sciunt quanto dimidium sit plus toto,
Neq; quam ingens utilitas sit in malua ergaspho-
delo.*

*Nan dī hominib. occultā retinent uitæ rationē.
Facile etenim uel uno die labore efficerest tantum,
Ut etiam deses haberet in annum,
Et statim gubernaculum suspenderes supra fumū,
Et opera boum & mulorum laboriosorum inte-
rinent.*

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Redarguit hosce & alios similes iudices &
gubernatores, qui indulgent suarum cupidio-
rum prauæ contentioni impulsionis, & à iur-
sticia atque uitæ frugalitate digrediuntur ad
uulnificiæ iniustum, & splendorem uitæ lautio-
rem. Qui quidem uolunt esse iudices, & reci-
piunt in se litium dijudicationem, sicut etiam
hanc nostrā litem receperunt: sed sunt stulti &
incōsiderati, neq; animaduertunt quantū τὸ μέσον
μεσον dimidiū, hoc est medium inter plus & mi-
nus, quod est æquale inter lucrū & damnum,
& idem iustum, sit τὸ μέσον plus honestate & utili-
tate: id est, honestius & utilius τὸ μέσον, toto, quo
& sua pars retinetur, & alterius ad se pertrahi-
tur uel tota, uel ex parte: sicut fit ab illis qui lu-
crantur & defraudant alios, qui ad suam rem

40 IN HESIODVM

alterius accumulant, ut ita habeant totū, hoc est rem alterius ad suam attractam. His uerbis perquam eruditè & aptè circumloquitur & iusticiam *ισότητα*, & iniusticiam *ανισότητα* & *πλεονεξίας*: & illam huic preferendam esse docet. Sed auari & *πλεονέκται*, qui sunt cupidi in qualitatis, hoc est lucri & cōmodi, sua augendi cum incommodo & damno aliorum, hoc non considerant aut intelligunt. Plato quinto Politorum, & tertio Legum, hanc sentētiā paulo aliter interpretatur, & intelligit de mediocritate in statibus ciuilibus & alijs rebus amplectenda, ὅπότεν οὐ τὸ μὴ δύο λαμβάνειν γεμῖ-
δε, τέλος οὐ μισθεῖν, τέλει τὸ μέτρον τοῦ ἀμέτρου πλεονεξίας, ἀμετροῦ δὲ χείρονος. In quem profectò sensum recte & intelligi & usurpari potest, nec ab eo hæc nostra interpretatio discrepat, nisi quod est aliquanto latioris sensus: quia est de mediocritate illa quæ est perpetuò & in omni iusticiæ cura eligenda, præ illo pluri & ἀμέτρη quod est *πλεονεξίας* & *iniusticiæ*: & huius quidem, nō solum ut dominatur in magnatibus, sed & in personis priuatis. Primum ergo uult, ipsos ignorare uim & utilitatem iusticiæ longè potiorem, & magis amplectendam, quam iniusticiæ & *πλεονεξίας*, queſtus & lucri. Deinde etiam non considerare, quanta sit utilitas tenuis & frugalis uictus: & ideo splendorem & luxum magnificere, & pro illis suam *πλεονεξίας* intendere. Recte autem *πλεονεξίας* cōiungit luxum:

xum: quia hæc uitia ferè se inuicem comitan-
tur, & raro separantur.

*Kρύψασθε γε ἔχετεν.] Pro ἐκρύψαις, Postquam
occuluerunt, retinent: hoc est, occultatum re-
tinent. Causam huius ignorantiae & abeptiæ
ostendit esse uolūtatem Dei, qui uoluerit ab-
scondi ab intelligentia communi hominum
hanc meliorem & faciliorem uitæ rationem,
sitam in iusticia & frugalitate: quæ certè igno-
rantia secuta est lapsum primū, & illam ui-
tiositatem inde perpetua propagatione inua-
lescentem, & mentem & intelligentiam huma-
nam obscurantem: idq; uoluntate & consilio
Dei, qui ita uult peccatum defectionis puniri.*

*Pvidens.] Illius primæ & melioris uitæ ra-
tionem & usum commendat quam maxime,
ita ut ostendat in ea seruata posse facile quæq;
non admodum industrium, uel unius diei la-
bore efficere, ut id sufficiat in annū integrum:
utq; statim possit una nauigatione peracta,
gubernaculum supra fumum in locū siccum
suspendere, & boves atque mulos à laborib.
suis liberare. Duorum autem tantum labo-
rum facit mentionem: quia deinde lib. 2. præ-
cipue tradet præcepta de agricultura & nauigia-
tione, una domestica, altera externa acqui-
sitione, quæ fortasse in illis locis in primis e-
rant in precio. Per ὑπόδιλον hic intelligen-
dum nauis gubernaculum, de quo etiam in
frā libro secundo,*

πεδάλιον δ' εὐρυτε ων, λαπνοῦ λεγμόν οὐδεν.

Vbi monet, seposito gubernaculo nauigatiō-
nem magis tempestiuam expectandam.

Ἄλλαξ δὲ οὐτε πέμψει τολωσάμενον φρεσίν ἔσθι,
ἔπει μηδὲ πέμψαντος περιθεντὸς αὐχύλεμόν
της.

Τότεν ἀραιόθρωποισι μὲν οὐτοὶ λύρα,
κεύντες ἐπώνυμον, τὸ δὲ αὐθιστὸς πάσις ιαπεῖον,
ἔκλεψεν αὐθεώποισι διὸς πρᾶσα μηλόγυντος
οὐκοίλων νερόν πάκι, λάθανος δὲ τορπικέσσινον.
Sed Iupiter commotus animo suo ad indignatio-
nem occuluit,

Quia ipsum Prometheus solers decepit. (uexit.
Quo suo facto solerti tristia mala hominibus in-
Nam Iupiter occuluit ignem, quem filius praeclae-
rus Iapeti rursum

A' Ioue prudenti clam subduxit hominibus,
Inferula causa, nesciente Ioue fulminatore.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Causam & originē huius ignorantie & e-
nigmatias tradit, & quidem aliquanto prolixius
& tectius pro illa priscorum sapientia, sub fabu-
la de Prometheus: sed ita, ut eruditiorib. non
ita sit difficile sensum eius eruere. In hac au-
tem fabula tribuit ille quidem numini rerum
omnium administrationē, & huius etiam uitę
diffi-

difficultatis invectionem, sed non sine culpa humana: quia peruersitas ingenij & metis humanæ eò impulerit ipsum. Hæc fabula uidetur in multis quadrare ad illa quæ in sacris litteris tradūtur, de lapsu primorum hominum, & de illa indignatione diuina propter illam inobedientiam & defectionem: tum uero non abhorret ab illis alijs, quæ ibi passim de uitiositate humanæ naturæ, de eius lasciuia & inquietudine, deq; miserijs uitæ, inde perpetuè emergentibus ex iusta Dei indignatione, scribuntur. Ex quorum numero hoc etiam Solomonis in Ecclesiaste cap. 7 est: Hoc scio, quod fecerit Deus hominem rectum: ipsi autem quæsuerunt fibi adiumentes multas. Fabula hic disertè à Poeta recensetur, ut non sit necesse eam repetere: mens tantum eius est nonnihil erienda. Προμηθεὺς dicitur, quasi προδίηλος, prouidens & prospiciens, à προ & διέμενος, quod significat consulo, perspicio & machinor. unde προμηθεὺς, & a uerso in Πρωταγόρᾳ, solers, ingeniosus & industrius in perspiciendo. Hic Iapeti & Climenæ, ab alijs Asini filius exhibetur. Multa de eo apud Poetas extant, principiū apud Aeschylum in fabula integræ de eo conscripta: quæ sunt prætereunda hic, & tantū ea quæ ad istū locū spectant, consideranda. Aiunt olim in more fuisse, solidas hostias in sacrificijs igne absumere. qui mos cum multis grauis esset, Prometheus,

homi-

hominem callidum et perhumanum , egisse
cum Ioue , ut media cederet in usus hominū,
id Iouem libenter concessisse . sed deinde Pro-
metheum duos tauros Ioui immolasse , & u-
triusque ossa pinguedine et corio uno, carnes
uerò altero corio cooperuisse : & dedisse Ioui
optionē , ut quem illorum uellet, eligeret . ibi
Iouem, simplicem deum, nihil suspicantē frau-
dis, quem proximum haberet ad manum, ce-
pisse, ossa uidelicet. qua fraude rescita, per in-
dignationem ignem remouisse ab hominib.
quem pro solito suo ingenio Prometheus ei
facile rursus subripuerit, & ad homines reue-
xerit. Quod factum Jupiter indignè ferens, i-
ta punierit, ut Pandoram omnium deorū do-
nis exornatam, ad ipsum & fratrem eius , atq;
alios homines miserit, cum pyxide quadam
illorum donorū. quam pyxidem Epimetheus
acceperit, contra fratri voluntatem : ex qua
aperta, eruperint omnia illa dona, sola spe in-
tus in labijs pyxidis retenta per operculum
prius impositum. unde sit factum, ut totū ges-
tus humanum degens super terram, replere-
tur uarijs malis . Hoc figmentū perquam
fœcundum sensu suo, est iam explicandum se-
cundum uerba Poetæ, quæ uidentur contine-
re & quæ non abhorreant à sacra Scriptura, &
quæ manifestam contemplationem mentis et
ingenij humani præbeant rerum humana-
rum studio.

προμηθεύς.] Ratio uitæ fuit ab initio simplissima: & adhuc posset esse, si homines eam cognoscerent. sed non possunt cognoscere, quia Iupiter eam occultauit. & hoc ideo, quia *προμηθεύς*, uis ingenij humani,

Αγαλμάτων.] curua & deflexa à uoluntate Dei, et simpliciore uitæ ratione, cogitans & machinans pro sua sagacitate et solertia atque lasciuia, qua sua uia uoluit esse par Deo, aut etiam superior, sicut fuit *Διάβολος*.

Εξαπάτων.] deceperat in sacris & cultu exhibendo, quo grauabatur, ut immodo, et eum ita imminuere studuit, ut pars aliqua ad se rediret. Hæc est prima causa prauitatis, cum animus hominis in timore et reuerentia Dei, et eius uoluntatis obseruantia, sit remissior ex superbia, arrogantia, aut qua alia sua ratiocinatione & lasciuia.

Τύραινα.] propterea, ista fraude & deceiptio ne, ipse *προμηθεύς* hominib. causa fuit tristium malorum: quia hæc uafricies se insinuauit postea etiam in alios homines, ad ipsorum perniciem, ut ita et ipfi à uoluntate & simplicitate Dei reciderent. in quo sensu erit iste uersus quasi *προμηθεύς* quædam. Vel poterit intelligi de Ioue, qui propter hæc superbiam et arrogantiam uafriciem et fraudem, homines priuauit magno bono, quo ipfi inuiti et cum tristitia caruerunt.

Ζεύς οἱ πῦρ.] Nam detraxit ipsis ignem, ut inde

46 IN HESIODVM

Inde simplicissime uiuerent, destituti artibus communibus, quæ ferè omnes beneficio quodam ignis exerceri solent. uel detraxit ipsis ingenij & mentis uim igneam & solerem, ut simplicius & rectius in sufficienti abundantia bonorū uiuerent, sine aliqua sagaciore scientia boni & mali, eorumq; delectu.

Sed iūs πάτη .] præclarus & nō degenerans filius ιαπίτειο, antiquioris illius mentis, calliditate & inquietudine excellentioris, quæ dicta est πάρα τὸν ἀδελφὸν πίτιαν, à præcipiti impetu & uolatu, propter agilitatem & mobilitatem, aut propter deiectionē ad appetitionēs uariass:

Sustulit πάρα διὸς.] à parte mentis diuinoris & simplicioris, atq; sanioris in suis cogitationibus & ratiocinationibus : & pertulit ad homines , ad cogitationes & appetitiones humanas.

Εν λοίλῳ.] in causa ferula corporis humani, cuius domicilio occupabatur & grauabatur mens : & inde præter uoluntatem & ordinationem seueram Dei, degenerauit & discessit ad domiciliū sui affectiones & cogitationes, quibus sibi pollicita est maiorem cognitionem boni & mali, & inde uitam meliorem in lasciuia & licentia uaria ingenij sui.

τόμ πε χελωσάμενος πεσέφη νεφεληγερέ
ταξίν.

Ιαπεπονίδης πάντη πέτει μάθεται εἰδώς,
χαίρεις

χαίρεις τοῦρε κλέψας, καὶ ἐμάς φρένας ἡπε-
ροπόνστες,

τοῖς τὸν αὐτῷ μέγα τῶν μακρὰν ἀνδρούσι μέσο-
μενοισθ.

τοῖς δὲ ἐγὼ αὐτὶ τυρὸς θλώσω κεκόμη, φέρε
ἀπαντόμενοισθ.

τοφόπονται κατὰς Θυμὸυ ἑὸυ, λακόμη ἀμφο-
γεπεντες.

Quem Iupiter nubium congregator per indigna-
tionem allocatus est:

Fili Lapeti, in primis ingeniosae calliditatis,

Gaudes ob sublatum ignem, εἰ me deceptum:

Quod εἰ tibi ipsi εἰ posteris hominibus magno
est futurum malo.

Quibus ego pro hoc igne dabo malū, quo omnes
Oblectabuntur apud suum animum, malum suum
studiose amplectentes.

Σ X O Λ Ι O N.

Reliquam negotijs seriem & progressio-
nem exequitur: & cōmemorat, qua indigna-
tione Iupiter, ut pater iuuans, acceperit istam
Promethei industriā & solertiam in rebus suis
& aliorum hominum promouendis, contra
uoluntatem & ordinationem suā meliorem.
Concedit autem ei ignem subreptum, sed ad
maguā iphius & omnis posteritatis incōmo-
ditatem §

48 IN HESIODVM

ditatem : ex quo sint consecuturi malum speciosum, plausibile et gratum , quod per suam ablativam & auctoritatem sub specie boni sint quam maximè amplexuri.

Χολωσάμενος.] νημέσι, indignatione iusta cōmotus ob hanc solertiam clandestinam, lascivam & illicitam Promethei,

Νεφελογείτα.] μυθολογικῶς : quia Poetæ ei, ut supremo gubernatori, attribuunt, ut aliorum omnium, ita aeris, & eius affectionum gubernationem . Sed hic fortasse ἄδικῶς uocatur ita, quia est congregator & moderator omnium affectionum & cogitationum humanarum, tanquam nebularum. aut quia tum ex obscurō, quasi ex nebulis & nubibus , est allocutus Prometheum, transgressorē suę ordinationis.

πάντων τίχοι.] πρεγεαδῶς πάντων μύθοι, præ omnibus alijs sciens consilia : id est, in primis solers & ingeniosus . & in istis uocibus προμηθεῖα, alludit ad ipsius appellationem , & concedit ipsum uerè dici προμηθεῖα, quia in primis excellat προμηθεῖα : & hoc iam satis declararit hoc etiam facto, quia clām surripuerit ignem.

Χαίρετο.] Est quædam νημέσιτική approbatio: Tu gaudes, quia ignem clam me sustulisti , & hoc facto tibi places & abblādiris. At ego, &c. Pulchritè hic notatur ingeniosorū & solertiū studium, & inconsiderata in successu suorum conatum lētitia & fiducia, qua sibi nihil non laudis, famę, celebritatis & utilitatis pollicentur.

tut. sed Iupiter hic respondet, & dicit: At tibi Prometheus, & omni posteritati, erit magno malo, haec tua ingeniosa & solers industria: quod primi illi, qui cœperunt suis ingenio indulgere contra saniorem rationem, & omnes sequentes sunt experti. nec hodie desunt passim quam plurimi, quos magno suo male penituerit plerorumq; suorum consiliorum & conatum.

[*Tois & iyo.*] Quia ab illo primo Prometheus hoc malum propagatum est in omnes posteros, ut & cœcitatem mentis & prauitatem appetitionum seducantur uariè in suis conatibus, & habeant singuli *περιπέτειας*, id est uariam quandam ingenij & mentis industriā propositam, quam admirantur, probent, & amplectantur tanquam suum magnum bonum, cum sit ipsorum malum, & tandem ipsi sint experti eam tam fuisse: sed iam specie eius plausibili & grata decepti, eam malam & noxiā pro bona habent. Qui profectò error ignorantiae & *περιπέτειας* mirabilem vim suam exercet in ingenijs & mentibus humanis, & neminem nō ad omnis generis incommoditatem & difficultatem uitæ seducit, ac præcipue in præstantibus ingenijs declarat vim suam, ut rectissime Cicero ita scripsérit lib. 1. Officiorū: Illud autem maximè rarū genus est eorum qui aut exceleste ingenij magnitudine, aut præclara eruditio neatq; doctrina, aut ultraque re ornati, spacio d ciunt

cium etiam deliberandi habuerunt, quem pessimum uitæ cursum sequi uellent.

ἀντίφ.] In hoc est uis erroris & seductionis, quia hoc malum se cuique offert non sub specie mali, sed sub specie, boni & illius probabilis, grati & exoptati, ita ut quisque suo malo contra προάγειν & intentionem animi sui oblectetur. Vnde est illud Horatij :

Decipimur specie recti. & hoc usitatū, suum cuique pulchrum. Item hoc Salomonis: Omnis uia uiri recta sibi uidetur. & illud cap. 16. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.

Τὸ τὸν λακόν.] Mirum profectò hoc, & omnino contra naturam & mali & uoluntatis humanae, quæ abhorret ab illo ut φανταστικόν, nec id quod est ipsi aduersum amare potest, & tamē amat: & quidē in uitiosis quam maximè, quæ toti & præcipites feruntur in sua mala, & ea exitialia. sed hoc non fit per se, quia ea ut mala non possunt non auersari & fugere: sed per accidens, quia ipsis speciem boni præbent, amant ea & amplectuntur, utcunq; & quantaunque illa sint mala. Ita ergo fit, ut quæ per se auersentur & declinent homines, ea per accidentes ament & prosequantur: & vice uersa.

*Ἄστεφατ', ἐκ δ' ἐγέλεσθε πατήρ αὐδῆση γε
θεῶν γέ.*

*Ἴραστογε οὐκέλεσθε πρικλυτ', οὐδὲ πάχιστο
γάμου*

γάταινόντια φύρει, γν̄οντι αὐθεώπτος θέμιλη αὐτοῖς,

καὶ οὐδενόθε, ἀθανάτης δὲ θεῖς τοῖς ὄπαξ εἰσικέντι
παρθενικαῖς, παλὸν εἶδ' οὐ, ἐπίρρεστον. αὐτὰρ
αὐθίσσεις (φάνει,

οὐργα διδασκῆσαι, πολυθεῖδαλεψιν οὐ.
καὶ χαρίψαι φυχέαις λεφαλῇ χεισιῶν αὐτοῖς
διτίσι, (νασ.

καὶ πόθοι αργυραλεῖον, καὶ γυνιοκόρες μελεθῶ-
σιν ἡ Θέμιλη Κύνεόμη τε νόσον, μὴ επίκλεστου ήθος,
ἔρμείσιν πνωγεῖ διάκτορον αργυραφόντισι.

Sic dixit, et subrisit pater hominū et deorum:
Et Vulcanum inclytum iussit quam celerrimè
Terram aqua miscere, et hoc ē hominis imponere,
Et robur: facie autem assimilare deabus (ladem
Virginibus, specie pulchra et amabili. sed Pal-
Docete opera, et texere telam artificiosam:
Et Venerem auream, iussit, circumfundere capiti
gratiam,

Et desideriū molestū, et curas edaces membrorū.
Mentē autē caninā et subdolū ingenīū imponere,
Mercurium Argicidam nuncium deorum iussit.

Σ X O Λ I O N.

Quod plausibile & gratum malum Iupiter
minans est Prometheus & eius posteritati in
d a pœnam

pœnam ignis subrepti, id aggreditur : & man-
dat Vulcano ignis deo, formari ex terra &
qua effigiem humanam, sub specie muliebr &
uirginea, eaq; perquām pulchra & amabili, in
quam exornandam omnes alijs Dij conferant
dotes & uirtutes suas. Quām hoc figmentum
sit & accommodatum naturæ humanæ, & à
plerisque locis sacræ Scripturæ non dissen-
taneum, relinquo alijs accuratius discutiēdum.
Mihi uero, ut breuiter quasdam mearum co-
gitationū de eo proferam, uidetur Poeta in-
nuere, hominem prius habuisse sincerorem
& puriorem naturam, & sine ui ignea, simili-
cius & quietius uixisse. Postquam autem Pro-
metheus, id est lasciuia mentis ipsius, clam Io-
ue, id est contra uoluntatem Dei, sibi asciuerit
& uendicarit ignem, hoc est ingenij & cogni-
tionis uim excitatiorem : inde quasi transfor-
matum esse in aliam naturam & ἡγάρινη corpora-
team, & illam quidem excellentem uirtutibus
cœlestibus: sed quibus corporea fece contami-
natis, mens humana & ipsa ex confortio con-
taminata, sibi & illis indulgens, uarie abuta-
tur ad lasciuiam & luxuriam uariarū artium
& inuentionum, & hoc sub spe & specie boni
& uitæ melioris inde efficiendæ : sed quam o-
mnem industriam suam, quamlibet solicitam,
uariam & οὐπρόσωπον, tandem τεμεθάς, poste-
riore consideratione, & euentu stultorum ma-
gistro, experiatur cōtrariam esse suis effectis.

Taleon

Talem uidetur Poeta uelle esse naturā humānam, & huiusmodi Promethea in ipsa domi-
nari, ingeniosum illum quidem, solerter, in-
dustrium, & uarijs studijs & contentionibus
occupatum: sed πορνίας, & tantum ad suam
& aliorum inquietudinem & incommoda-
tem: quise ex pyxide & domicilio corporis
sui totum effundat omnibus viribus suis, nec
antē quiescat quam illis absumptis, sola spē
reliqua, qualicunque illa, sustentetur in perpe-
tua πενιά & anxietate animi. Atq; hanc
estè causam in natura humana illius πορνίας,
sive αἴσιας πίας, πλονγίας & luxuriae, alienæ à re-
ctitudine, simplicitate, frugalitate & sobrieta-
te, diuinitùs traditis & receptis: unde in dies
maria uitæ difficultas existat, aut potius inun-
det, & cumulatim ingruat.

As iōeū.] Ioui, ut supremo Deo, & admo-
dam magnanimum, augustum & serium attri-
buir: qui etiam ridet, non risu aut Sardonio,
aut lato, sed serio & πρωτηκῶ, quo indignè
fert Promethei lasciuiam & conatum contra
suam sapientiam & salutarem ordinationem.
Sc diuinit̄a, distinctè mandat, illū λουψὸν & σύ-
μπνον wornatum, & quæ à singulis Dijs uelit
conferribona in eum.

uραστ̄.] quia est formandum opus præcla-
tum, demandatur hoc negocij Vulcano, arti-
fici deorum. aut potius, quia hominis effigies
est transformanda in elementarent & corru-

ptibilem *ληπτόν*, ideo primū ignea qualitas, ut in primis *Δραστήρια*, deinde terra aqua & aer iubentur ad liberi. aut ideo etiam primū iubet Vulcanum terram aqua miscere, quia prīmo per usum ignis & ui ingenij artes & instrumenta sunt inuenta & cōfecta, per quā & terra & aqua usurparentur, atq; adeò terra aquā quasi iungeretur: hoc est, homines non minus mari quām terra uterentur, pro sua uoluntate. de quo illud Horatij Ode 3.

Uli robur ḡas triplex

*Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem*

Primus. —

*εὐθὺς.] Hac sub uoce aer etiam intelligitur,
elementum quartum.*

Ανδρῶν τοιούτων αδικεῖται, quia hæc uox excellit inter alias: & his informatur effigies humana, cuius est sermo maximè proprius. & hoc instrumento ingenium humanum præcipue uitam suam exerit & declarat, in artibus & inuenientiis & usurpandis.

καὶ οὐτός.] Hoc dicit fortasse ideo, quia uis ingenij & mentis præcipue in ualidis & iunioribus uiget, & est inquieta & πολυπράγματη, qui etiam ferè soli sunt multi atque grati sermonis.

Ληπτός.] Quia uis ingenij siue mentis est diuina, nec aliud magis famam & admiratiōnem diuinitatis conciliet, nec ingenij artes unquam

unquam intermoriuntur omnes, sed sublatis prioribus succedunt statim aliæ.

περδικάς.] **Quia semper floret & habet suas ixiōσας uis ingenij, nec potest nisi ad tēpus & peculiari potestate coerceri.**

καλὸς ἀδερ.] **quia solus ingenij cultus habetur honestus & liberalis, nec alia opera magis quam ingeniosa probantur, & gratiam demerentur.**

Αὐτὰς ἀδίκω.] **Huic Poetæ non solum has, sed & sapientiæ artes attribuunt, quæ omnes sunt huius πρημιδίας humanæ, nunquam quietis in solertia & industria sua.**

Adīκω autem filia Louis dicta est, quasi adīκω, quia non suxit, sed ex cerebro Louis pro-siliūt. uel πρὸ τὸ ἀδέρη, quia est dea prudentiæ, quæ cernit & perpendit omnia: quam Vulcanus deus ignis elicuit ex cerebro Louis, id est mentis, quia ipsa est πυροφοῦσα, ιλλαῖσσα, νοὲ ἀναφούση, νοὲ ὑδῶν ταπεινὸν φοροῦσα, νοὲ δραγμα-gia, quæ illuminat animum, & inflammat, & superna petit, nec quicquam humile sapit, & est efficax arcti industria.

καὶ χάριν.] **gratiam & uenustatem sexus muliebris: in quo & ipso nunquam quiescit ingenium humanum, pro fuso, luxu & lascivia muliebri.**

κιράτη.] **Quia in hac præcipue parte gratia & species muliebris excolitur & apparet. Sed hæc gratia & uenustas Veneris**

36. IN HESIODVM

Iatius extendi debet, ad alias etiam artes & opera earum: in quibus & ipsis non quiescit e laboratio ingeniosa, donec ad quendam Venereum splendorem & fucum deprauentur ad quem tamē omnis progressio mirifice blanditur hominibus sua noua & plausibili facie, qua subinde cultiora uidentur prodire.

χαὶ πίθη.] Intelligit desiderium & cupiditatem indefessam eminendi & superandi alios, ex qua in solertibus & ingeniosis existunt perpetuae aemulationes, inuidiae, φιλονεκίαι ipsis & alijs molestæ, quib. & se macerant, & alios lacerant. Quos sequuntur γυγόροι μελισσῶναι, curæ, solicitudines, meditationes exedentes, exhaustientes & conficientes corpora & uires ingeniosorum.

γυγόροι.] Est apta uox meditationibus & curis, quæ usque ad satietatem depascuntur & absument membra & uires: sicut ferè uide re est, ingeniosos & solertes pallidos & extenuatos esse.

Εἱ δὲ δέμιων.] Tales sunt ferè χρυσαπίσαι, negotiatores & πλεονάκται: sed & in liberalibus artibus ingeniosi & eruditi saepe sunt λυρικοὶ & ιατροὶ, impudentes & subdoli atque uafri, qui bonas artes ad quæstum & sordidos fines tuper & malitiose detorquent & usurpant.

Εργάτων.] Sunt epitheta Mercatorij, ut nuncij & secretarij deorum, quæ conueniunt orationi siue eloquentiæ, cui ipse præficitur: quæ eloquentia

Intellectus est ipsius interpres animorum. Et
duachter, quae & diuina oraçula & cogitata
hominum explicat & propagat. & est argutissi-
mus, quae occidit Argum: hoc est, quemlibet
oculatum & uigilantem compescit: aut quia
est plana explicatio cogitationum animi, qua
si *καταργάντες*: aut quia compescit & mitigat
affectus & impetus animorum, unde existunt
caedes, quasi *καταργῶν τοὺς φόνους*, cohibens &
compescens caedes,

Φέτε φατ'. οἵδι' επίθοντο διέλεγοντας ἀνακέν-
αύτικα δ' ἐξ γάνης πλάσοντες λαυτός αἱμόνται
γυνές

παρεθῆντο αὐτοῖς ἵκελον, λεπονίστεω σῆμα βαλάς.
ζῶσε δὲ καὶ ιόσμισε θεᾶς γλωκῶπις ἀδίνη.
ἀμφὶ δὲ οἱ χάρετές τε θεᾶς καὶ πότνια τῷθιστὸ-
οῦρματος χρυσέσσις ἔθεσαν χροῖ, ἀμφὶ δὲ τέλε γε
τραπεζαλίκομοι τέφομ αὐθεσιμείαρινοῖσι.
παντας δὲ οἱ χροῖ ιόσμορφοί ερμοσε παλλὰς
ἀδίνην,

ἔν δ' αὖτε οἱ σάνδεοις διάκτροθε αργυρόντης
ποδύστας δ' αἴματιν τε λόγυς, οὐ επικλεπού-
πόθος

πεῦξε, Λίὸς βαλῆσι βαρυκτύπου. έν δ' αὖτε
φωνήι

θάκεθεῶντο λιῆρυξ, οὐόμηνε δὲ τέλε μεγαλικε-
ς τεν.

πανδώρης, ὅτι πάντες ὀλύμπια δῶματα
ἔχοντες (στρ.
δῶροι εἰδώρησαν, τῷ μὲν αὐθιστρίῳ λαφυτῷ.
Sic dixit: illi autem paruerunt Ioui regi Saturnio.
Et statim inclytus Vulcanus ex terra formauit
Simulachrum virginis pudicæ, secundum Iouis
consilium.

Pallas autem id cinxit egr exornauit.

Gratiæ autem, egr ueneranda Suada,
Monilia aurea circundederunt ei: egr eam
Horæ pulchricomæ florib. uernis coronauerunt.
Reliquum omnem ornatum corpori eius appli-
cuit Pallas.

Mercurius autem ipsius pectori
Mendacia, egr blandas uoces, et mentē subdolam
Indidit, ex consilio Iouis grandisoni: egr uocem.
Imposuit nuncius deorum. egr hanc mulierem no-
minauit

Pandoram: quia omnes cœlicolæ
Donū cōtulerunt, in malum hominib. solertibus.

Z X O A I O N.

Iouis graue mandatum ἀπροσεῖται & sine
mora exequuntur cœlicolæ, & singuli sua do-
na conferunt in simulachrum propositum,
quod est naturæ humanae, ut est corpori inclu-
sa: in qua, pro uarietate λγάσιμη, omnes hæ
dotes

dotes diuinæ ingeneratæ inueniuntur, ita ut illis ea supra omnes alias animantium naturas exulta & exornata deprehendatur: sed eo ipso ferè, propter abusum earum, lasciuia & intemperie mentis suæ fit inquietior, turbulentior, incommodior, & à recta atq; salutari suæ uitæ ratione alienior.

Ως ιραν.] **Hoc est οπισθάνων.** quia ipse, ut summus rex, breviter mandat, & illi statim manda to eius obtemperant.

Εγερίων.] regi Saturnio, id est legitimo & generoso, qui à maiorib. suis hoc regnū accepit. quod subiunctum est, ut ratio mandati tam gravis, & summa obseruantia exequendi.

Αυγερίων.] utroq; pede claudus. quod est ignis, & eius artificis πίδητος: quia subtus quidem sine nutrimento lignorum, supra uero sine aere sicco & libero, non potest uim suam exercere.

Ιων.] simulachrū & effigiem uirgini conformem, ut sit substantiæ positum. uel simile, hoc est quiddam quod simile esset uirgini.

Ιπηρίων.] finxit statim, & quidē secundum consilium & formam à rege diuino & ordinario demandatam.

Ζευς.] **Hoc potest de bellicis dotibus intel ligi, quibus & ipsis Minerua præficitur à Po etis.** Hæc cinxit baltheo, quo prisci, ut est apud Homerum, uelut precipuo munimento, ad illa tuenda utebantur.

καὶ λόγοις.] & reliquo ornatu & apparatu
belli instruxit & communiuit.

τραχύνης.] habens toruum uultum, & ter-
torem incutiens, ut dea bellii: aut perspicax &
prudens, & oculis quasi noctuinis prædita,
quibus etiam in tenebris & admodum obscu-
ra & occulta perspiciat. Hæc uis prudētia hu-
manæ, primū artes bellii & aliarum rerum
eruit, produxit in usum, & elaborauit aliquò
usq: quas deinde χερισθεν expoliuerunt ad suā
gratiā & elegantiam: & *παιδῶ* laudibus eue-
xit, & celebriores ac plausibiliores reddidit:
aut ipsæ etiam artes suam persuadendi uim
sunt consecutæ, specie sua philanthropa & e-
legantia.

πέτυνα.] grauis & ueneranda, ob authorita-
tem, sine qua *παιδῶ* parum ualeat. authoritas au-
tem præcipue constat opinione uirtutis siue
probitatis, prudentiæ, & benevolentiæ, sicut
Aristot. secundo Rheticorum tradit.

Οψις.] Per hūc muliebrem cultum & ora-
tum, significat omnem alium, rerū quarum-
libet humanarum.

Ωγεια.] Horas fingunt Poetæ deas tempo-
rum, & spaciiorum anni, quæ habeant cōmis-
sam custodiā portarum cœli, ad aperiēdum
& claudendū. de quib. est hoc Homeri Iliad. 2.
οὐρανοῖς διὰ πύλαι μένον δρασοῦ, ἀς ἔχει τὸ θράνον.

Intelligunt autem per eas, cœlestem & diui-
nam temporis per totum annū distinctionem
& mode-

& moderationem. Hic autem hoc uult Poeta
bonare, artes progressu temporis au^tas &
exultas per suas iurias, ad florentissimam,
& decentissimam speciem.

modus A.] Reliquum ornatum naturæ &
industriæ humanæ, adiecit & perfecit præci-
puè prudentiæ uis diuina. Mercurius uero in-
didit technas & astus, illasq; uarias illecebras,
quibus utuntur artifices ad opera sua uendi-
tanda, & cum quæstu distracta: ille etiam
effecit artifices disertos & facundos.

modus B.] nafrum, subdolum & ~~nafrum~~,
atq; ad circumueniendum dextrum. *Mercurius*,
**Græcis significat non solū furtim & clam sub-
ripere, sed & dissimulare, fallere, fingere &
decipere.**

modus C.] Vim sermonis & loquendi
in didit Mercurius: quia & hoc est quoddam
insigne donum Dei in natura, & non solum
existit in ea ex *uirtute*, sed & quadam alia ui cœle-
sti & Mercuriali, aut potius peculiari consilio
& beneficio Dei.

modus D.] Vocavit eam Mercurius diserte
& apte ita, ab eo, quia omnes cœlicolæ in eam
sua quædam dona contulissent. Est profecto
hæc magna naturæ humanæ excellentia, quia
tam multis diuinitùs dotib. est exornata: nec
sunt illæ obscuræ in ea, præsertim considerata
in sua uarietate personarum & temporum.

modus E.] Hoc mirum, tantam donorum cœ-
lestium

62 IN HESIODVM

lestium excellentiam cedere in exitium hominum. Sed hoc fit per accidens, uitio naturæ, & per abusum talium bonorum, quem *πρηγμαθεῖς*, id est mens & ratio humana, lasciuens in suis consilijs & conatibus, inducit. & ideo adiicit disertè,

Ανδράσι ἀλφετῆσι.] ad distinctionem suam, ut ostendat quibus hoc eueniat: nempe soleribus, ingeniosis, & inquietis, qui discedant à simplicitatis rectitudine, & non possint regere & moderari atq[ue] refrenare suorum ingeniorum dexteritatem. tales enim inde & sibi & alijs publicè etiam incommodant: sicut hoc est in multis animaduersum, ut in Demosthene, Cicerone, & alijs infinitis, indulgentibus ingenij suis: qui uitam suam omnino inquietam, occupatam & turbulentam reddiderunt. Ideo non temerè Horatius Dijs agit gratias, quia non sit tale ingenium consecutus: *Dij bene fecerunt, inopis me, quodq[ue] pusilli finixerunt animi, raro & per pauca loquentis.*

Ex hac autem uoce ἀλφετῆσι, uel in primis licet colligere, de quo Prometheus, & de qua Pandora Poeta hic loquatur: quia homines propriè uocantur ἀλφετᾶ, ut sunt solerter, ingeniosi & industrij circa inuentionem artium, scientiarum, & aliarum rerum humanarum.

αὐτὴ ἐπὶ δόλῳ αἴπαν, ἀμύχανον, δέστε λεωγν.

ὅς ἀθιμηθεία τέκμηται πατέρες οὐλυπούς αργεῖ
φόντεις,
λάργους ἔχοντας θεῶν, παχὺς ἔγγυελος. δολές
πιμηθεύεις (ρομ.
ἐφράστερος ὡς οἱ ἐπιπεπθεύεις, μήποτε δῆλος
δίξαδος τὰς Λίωσος οἰλυμπίας, ἀλλ' ἀρπέμι-
πεις

θέσπισω, μήποτε κακὸν θυκτοῖσι γενίτας.
αὐτὰρ οὐδέξαμνος, ὅτε δὴ κακὸν εἴχει, γνώνος.
Sed postquam dolū subimē & ineuitabile perfecit,
Pater ad Epimetheum misit inclytū Mercurium,
Celerem nuncium, adportantem donum: neque
Epimetheus

Consideravit, ut ei dixerat Prometheus, ne im-
quam donum

Acciperet à Ioue Olympio, sed remitteret
Retro, ne quid malū hominibus accideret.
Sed ille accepto eo, cum malū haberet, intellexit.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Quæ secuta sunt opus demandatū & con-
fectū, exponit. Postquam, inquit, Βερίκλασ.]
perfecit Vulcanus, iussus à Ioue, aut ipse Iupi-
ter per Vulcanum & alios deos. Δίου.] il-
lam effigiem muliebrē, varijs donis deorum
exornatam, ad hoc, ut esset dolus & impostu-
ra Epimethi & aliorum hominum.

Λίπων.]

Altū] sublimem & altum, & profundum,
 & arduum animaduersu: & ideo ἀμύχασος, inē
 uitabilem, quem nulla machina, arte & uia li-
 ceret uitare. Singula dicuntur aptè, pro ui &
 effectu huius ingeniosæ & solertis Pandor-
 æ in natura humana, cuius species omnes
 allicit & capit. sed dolum qui subest, & in
 commodum quod sequitur, nemo ferè ani-
 maduertit: quia est admodum abditus & re-
 conditus dolus iste, nec unquam satis caueti
 & uitari potest, propter suas ex ordinatione
 diuina causas & in natura humana, & in con-
 stitutione & motionibus superiorum corpo-
 rum: & habet tantam uim in sua plausibili spe-
 cie & exoptata pollicitatione omnis boni, ut
 etiā totas Respub. ampliss. regna & imperia
 decipiat, occupet & euertat: sicut hoc passim
 in Homero exprimitur, & apud Sophocletam
 in Oedipo tyranno: & licet cernere in Gracia,
 tum maxime per suam ἀκτηρίαν periclitante,
 cum in primis fama & gloria solertiæ & sapienti-
 atiæ suæ illustris esset. quod mali et in Roma-
 no imperio est perquām cōspicuū, quod ne
 prius turbari, affligi, et ad ruinam labefactari
 cœpit, quām se hæc Pandora luxus πληγή
 et πλευρίæ insinuasset,

Eis ἀδικοδία.] ad Epimethea, fratrem Promete-
 thei. quod fingitur perquām sapienter: quia
 ferè prudentia humana, et præcipue hoc inge-
 niosæ solertiæ, est iuvenilis, inconsiderata, et
 talis,

taliter tristi & misero euentu incipiat aliquo modo sapere. Deinde, quia natura humana constat non solum mente, ut Prometheo: sed & appetitu, ut Epimetheo, qui ferè cōtra menem res acceptat & prosequitur. Ad hunc ergo mittitur hoēdonum, qui, ut inconsideratus, id accepturus erat, contra saniorem rationem, ad euentum tristem: quæ origo erroris & peccati traditur in sacra Scriptura, etiam in parentibus primis, inter quos primum Eva per serpente seducta est, postea ab ipsa Eva allectus est Adam. unde ex propagatione uitij illius originalis in tota posteritate, singulorum mens seducitur à sua cōcupiscentia, tangam Eva & affectione muliebri per suas illecebras sensim partem meliorem inescāte. Per Mercurium autem mittitur Pandora ad Epimetheum: quia hæc dona diuina artium, ui & beneficio sermonis inueniuntur, exercentur, traduntur, commendātur, & propagantur. Et primi illi parentes, qui erant prohibiti ab arbore scientiæ boni & mali, uiderunt: & præcipue Eva uidit, quod bonum esset lignum ad ascendendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabilis: & serpens de eo collocutus est, cum ipsa, maluille quidem insidiator & seductor, sed etiam angelus.

Qui dicitur.] Et primus ille Prometheus, benignissimus & sapientissimus creator omnium, prohibuit gustationem de fructu scientiæ boni

tie boni & mali : sed libido uoluntatis & mentis humanæ non obtemperauit ei , & ex propagatione uitiositatis illius in singulos , pars inferior cupiditatum & affectuum , quæ est iste *πονηρία* , id est uis animi humani inconsiderata & præceps , & (ut Plato dicit) pessima consultrix , ferè , præsertim in ingeniosis & solertibus , non obsequitur parti superiori meliori que mentis & rationis , quæ est *προνηρία* animi hominis . Deinde passim in communi uita , & præcipue in statibus rerum pub . aliquanto farioribus , inueniuntur sui πονηρίας , qui sua senili & sobria prudentia respicientes *πάντα* agè *δικαιώματα* , multa improbant & dissuadent , sed ferè frustra : quia isti iuueniles feruidi & πονηρία μετέσχοι *πονηρίας* præualent sua plausibili & in præsens grata Pandora consilio- rum & conatum . Sic Demosthenes habuit Isocratem , & alios moderationes uitios , tanquam πονηρίας , qui in multis cōsilijs ipsi resistebant : & præcipue Phocion hoc faciebat , quem ipse uocabat suam *λιτήν* , atiem siue cuspidem : sed non prius cum & alios agnoscebat esse πονηρίας , quam tandem ex tristi & misero rerum statu , se expertus es- set *πονηρία* esse . Ita Ciceroni Cato , Brutus , & multi alijs grauiores & consideratores ui- ri fuerunt πονηρίας , qui ipsius feruorem & θρηνουγγιαν compescabant : quos ipse post tri-
stes

des idem cum cunctis suorum consiliorum,
nam iam frustra esset intrutus, experiebatur
tales fuisse, cum in illa insuetudine sua ipse de
se ira scriberet ad Octauium: O me nun
quam sapientem: & tamen aliquando id quod
non eram, frustra existimatum: quantum te
Popule Romane de me sefellit opinio? O
meam calamitosam & præcipitem senectu
tem, o temeritatem exacta dementiæ ætate cani
cium. Homerus etiam Iliados nono, illi suæ
innocentiæ & dignitatisque apertissimæ ætæ quæ lon
gè precurrit,

— quædārū dī rī mīrās in' nīas

Báxíor' kīdýávus —

contribuit Litas & populæ & consultrices: sed
quæ non tam populæ sua aliquid apud illam
præcipitem & feruidam efficiant, quam po
nere subsequendo, ut xulai τι, πύσαι τι, παραβληπον
τε ἀρδεμμό, claudæ, rugosæ, & oculis caligan
tes, medicentur & sanent turbas & calamita
tes ab illa excitatas. Quò spectat etiam to
tum illud apud Poetas, & præcipue Tragi
cos, argumentum de Oedipo, & eius sapien
tia, perquam speciosa illa quidem & plausi
bili, sed exentu ipso supra modum tristi &
misera.

] Sapientes sentiunt, optimis et
iam dotibus ingenij cœlitus traditis non es
se indulgendum, sed illas moderandas &

. 6 . 2 . reprimendas

reprimendas esse , pro uitanda priuata & pu-
blica incōmoditate , quæ ferè inde existit . Sed
quid fit ? Alacritas in natura humana ingenio-
sa & iuuenilis , nō tam ad sobriam & senilem
moderationem exercitata , admiratur , probat ,
& amplectitur uires suas , & illis indulgendo
nihil non conatur & molitur : donec tandem
euentus ipse doceat , illa omnia stulta , irrita &
noxia fuissē.

Tales *πρημιδᾶς* sumus ferē omnes , qui simus
τειμαθᾶς : qui ab initio quidem putemus nos
sapere , sed postea experiamur nos desipuisse .
& hoc in primis accidit illis , qui ingenijs , so-
lertia & industria præstant , sine singulari *επορρο-*
σύνης . Hæc est illa sapientia , quæ à primorū pa-
rentum lapsu propagata est in uniuersam po-
steritatem humanā , in qua nullus est modus
& finis consiliorum & conatum , sed ferè sem-
per in deterius & maiorem uitę difficultatem .
Verūm quisq; *διέγάγει* & demū *τὸν δὲ λαοὺς ἔχ-*
ειναι , postquam recepit & possidet malum , id
experitur & agnoscit . De qua sapientia est fe-
rè totus Ecclesiastes Salomonis , in qua descri-
benda & explananda ipse hoc subinde repetit ,
ματαύτους ματαύτουν γὰ τάντα ματαύτους : quam
tantam uanitatem iritorum omnium consi-
liorum & conatum humanorum , ipse nō so-
lam in uita aliorum , sed & in sua
multis & manifeste de-
monstrat .

wgi

πρὶ μὲν τῷ θεοῖ σκοτεῖται χθονί φῦλ' αὐθεώπων,
νόσοις δὲ τῷ πατέρει κακῶν, καὶ τῷ πατέρει χάλεποῖο πό-

νεοῖο,

(καν.

νόσοις τὸν αργυραλέων, αὖτ' αὐθεώπων γῆρας ἐδίω
αὐταῖς δὲ οὐακότητι βροτοί Κατάχυράσκονται.
Αἰλλακὲ γανὴ χείρεος πίθεος μέγας τῶν μὲν αὐτοῖς

λαῦχος,

(γρά.

ἐσκέδιαστος αὐθεώπων δὲ ἐμήσατο Κάτια λυ-
μόνη δὲ αὐτόθι εἰλπίς γνὲ αρρένετοις δύμοις
φύσιοις ἐμινεις πίθεος τῶν χείλεσιν, τὸ δὲ θύραξ
θύραξ τῇ, πρόσθιν γένεται πέμβαλε τῶν μας πίθεοι
αὐγιόχει βολῆσι δίος νεφεληγερέταο, (λιττ.
αἴλλα δὲ μυρίσει λυγερὲ κατ' αὐθεώπων αἴλλα-
πλέκει μὲν γαρ γαῖας κακῶν, πλέκει δὲ θάλασσας.
τούτοις δὲ αὐθεώπωντι εἴφερεν, πότεν ἀδική-
αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θυντοῖσι φέρουσας
σιγῇ, ἐπεὶ φωνήσιν δὲ εἴλετο μηλέτα Λεύς.
ὅτας ὅτι ποτε δίοι δίος νόοις δέξαλεσσαι.

*Ante quidem supra terrā cœtus hominū uiuebant
Sine malis et difficili labore,
Et sine morbis molestis, qui hominibus senectu-
tem contribuunt:*

*Nam in malis homines statim cōsenescunt. (Eto,
Sed mulier manibus magno operculo dolij detra-*

70 IN HESIODVM

Dissipauit, & hominibus machinata est noxia
Spes autem sola sibi in domicilio infracto (mala.
Intus remansit, sub labijs dolij, neque foras
Euolauit: quia prius operculum dolij iniecit,
Consilio Iouis nubium congregatoris.

Inde autem & alia mala infinita inter homines
oberrant:

Nam & terra & mare plena sunt malis,
Et morbi hominibus die noctuq;
Sponte superueniunt, afferentes illis mala
Tacite: quia Jupiter sapiens illis exemit uocem.
Ita nullo modo licet Iouis mentem evitare.

EXPLAN.

Priorem uitæ rationem, quæ in rectitudine & simplicitate prima commodissima, quietissima & saluberrima erat, ante furtum Prometheus, & Pandoram in pœnam eius ex indignatione diuina traditam, commemorat: & confert cum ea, quæ Pandoram receptam secuta est, incommodissima, molestissima, calamitosissima & miserrima: & passim in mundo est nimis conspicua, ibi præsertim ubi Epimetheus, id est appetitus sensitius cum sua Pandora, id est cum donis diuinis ingenij & animi humani, natus est uel priuatim uel publicè habendas laxiores. ibi enim intelligētioribus non est difficile animaduertere omnia illa in-

la incommoda & mala, quæ hic à Poeta commemorantur. Nam ibi ex pyxide corporis & animi humani, quasi ex antro Aeoli, uenti & impetus affectuum & cupiditatum,

*Quæ data porta ruunt, & terras turbine perflant,
& omnia turbis & tempestatibus replent: nec
antè quiescunt, donec & ipsi aut sint omnino
exhausti & absumti, aut certè ex aliqua seue-
riore coercitione repressi ad solius spei reliqui
as quasdam.*

*Nέος οἰητός.] Vsurpantur hæc duæ uoces aliaſ fere in eadem significatione: sed hic non
ocioſe coniunguntur, uerūm intendunt signifi-
cationem. Quasi dicas, procul uel longè, aut
omnino sine malis uiuebant.*

*Λύκα γνῶ.] Iste uersus usurpatur etiam ab Ho-
mero, & est eius sententia uerissima, sicut quo-
tidiana experientia docet, & ipſe Galenus in
lib. i. de Tuenda ualetudine.*

*Κακότητα.] Hic usurpatur pro malo externo:
aliaſ , sicut postea habebimus , usurpabitur
pro malo interno , pro ipso uitio, ut ibi dicer,
τὸιο μὲν τοιούτητα μάλα ἡ κακόπιοι τιμωροῦσι.*

De qua duplice huius uocis significatione etiam Plutarchus quædam tradit, in libello de Poetis utiliter legendis.

*Ἄλλα γνῶ.] Sed mulier effecit, ut hæc opti-
ma uitæ ratio mutaretur in contrarium.*

*γνῶ.] Mulier, ut Ena, sicut sacra scriptu-
ra tradit: & deinde in singulis appetitiua &*

fœminea affectio, & publicè indulgentia *δέλεια*
μαγωγίην & *ψυχαγωγίην* atqe συρφετώδες & λιαργύδες,
 unde laxatur disciplina seuerior. Hinc deinde
 sublata disciplina & coercitione, tanquam o-
 perculo & repagulo dolij Pandoræ, hoc est
 corporis & animi humani, statim per licen-
 tiam erumpunt cumulatim & magno impetu,
 omnes dotes & uires totius naturæ humanæ,
 & nusquam non peruadunt, & nihil non co-
 nantur & moliantur, sine omni modo & ratio-
 ne saniore, donec & omnia disturbent confun-
 dantqe, & se exhaustant conficiantqe, usque ad
 unam spem reliquā, & ipsam debilem, & qua-
 si in supremo naturæ attritæ hærentem. Ideo
 etiam fingitur adhæsse in supremis labijs, nō
 solum quia facili & leui de causa excitatur, sed
 etiam quia quasi in superficie hærens celeriter
 adimitur, præsertim in natura iam exhausta &
 debilitata uitæ diuturnæ calamitatibus.

Ἐπὶ ἀρρόντοισι.] in domicilijs corporis & na-
 turæ humanæ, nondū omnino fractis & disso-
 lutis : quia hic unus affectus spei usque ad ex-
 tremum spiritū inheret. unde est illud Ouidij:
Viuere spe uidi, qui moriturus erat.

Πρόσθιν γδ.] Est ratio & causa solius spei re-
 lictæ in pyxide Pandoræ humanæ : quia prius
 est iniectum operculum, quam ipsa euolate
 posset. idqe factum est sapienti consilio, & be-
 neficio Dei. Quod & ipsum quam uerè finge-
 tur à Poeta, docet quotidiana experientia fere
 in fin-

in singulis, qui exhaustis & compressis omnibus alijs, hunc unum affectū retinent postremum, & eo ferè solo sustentantur, aluntur, & mirabiliter ferè in quamlibet magnis malis & uitiorum & fortunæ aduersæ, antè ad resipiscientiam & meliorem quandam sortem reducuntur, quām spem omnē amittant. Ideo profectò est in hoc spei dono animaduertere singularem Dei benignitatē & prudentiam, pro subleuanda misera & calamitosa sorte naturæ humanæ: de quo dono etiā apud Aeschylū gloriatur Prometheus, & hoc ipso iactat se homines effecisse immortales, quia τυφλὸς ἐν κύτοις ἡ πίστης λατύπει. Et sancè, si quis accuratius intueretur naturam & sortem hominis, animaduerteret, quod consequeretur & ageret uitæ, id eū ferè ex isto affectu habere, quo uigilans subinde aliquid melius & suauius somniet, unde uitam suam foueat & alat. Ideo uerè de eo dicit Viues: Iucundissima est spei persuasio, & uitæ in primis necessaria inter tot grumnas & res duras, peneq; intolerabiles. omnia enim fierent sine spei condimento nō solum fatua, sed etiam insuauissima: prudenterq; factum est in fabula, quod in Pandoræ pyxide, effusis rebus omnibus ac perditis, spes sola refederit in fundo: quæ est imago humanæ uitæ. Ideoq; ab artifice mudi effectum est, ut spes levissimis de causis nasceretur & sustentaretur.

Αἰγυῖχος.] Hoc epitheto subinde à Poetis

Græcis ornatur Iupiter, uel quia habuit $\lambda\chi\omega$, id est $\phi\circ\varphi\mu$ à capra Amalthea, cum subductus esset, ne infans à patre Saturno deuoraretur: uel quia adultus in memoriam beneficij, pellim illius capræ scuto suo induxerat: uel quia sit fortis & potens, atq; inuincibilis sub scuto ualidissimo: uel quia uentos, tempestates, turbas & motus pariter & excitet & cohipeat, ut déorum supremus.

Nęgavv pítrae.] Non temerè hic ponitur: sed quia ipse & antea in natura humana cohibuerat & inclusuerat omnes nebulas, uētos, flatus & tempestates: & adhuc pro sua uelūtate cohibere & concludere soleat.

Alla dī.] Solus affectus spei remansit, ut inclusus in natura humana: alij autem omnes liberi euolarunt, & uagantur atque tumultuantur inter homines, atque uaria mala excitant.

λυγὰ.] Aut ipsi affectus qui mala excitant, aut mala tristia ab ipsis excitata: aut *λυγὴ*, quasi *λίαν λυγὴ*, nimis fluida, laxa, & libera omnia alia quæ infinita erant in natura humana, eru perunt, sola spe excepta. Vnde

πλάνη μῆτρα γαρ γένεα λακῶμ.] omnia terra & mari replentur malis. Quia, ut Horatius Ode tertia dicit:

Audax omnia perpeti

Gens humana, ruit per uetitum nefas, &c.

εῖσι.] Morbi etiam ex huiusmodi uaria in quietu-

quietudine, & perpetuis occupationibus animorum & corporum humanorum, per totam uitam multi varijs existunt, & quidem sine fine, & tempore quolibet.

Αὐτίματι.] spontanei morbi: quia culpa & uitio hominum & affectuum humanorum, qui & ipsi sunt uoluntarij & culpabiles. Aut *αὐτίματι*, pro *αὐτίματος*, ipsi morbi pro sua libidine passim & perpetuo gravantur inter homines, tanquam fatales quædam pestes, subinde nouæ exorientes in pacem & coercionem licentiae humanæ: quas Deus *πειραμάτων* clam & tacite non animaduentibus hominibus immittit.

μητίτα.] Qui & in hoc prudentem se exhibuit, quia illis ademit uocem, ut nos clam & insrios atque nihil tale metuentes adorarentur. quod cedit in quandam subleuacionem humanæ misericordie.

Οὐτως.] Est *ἰπιφώνημα* admodum pium & graue, quo concludit hoc figmentum, & extollit potentiam & sapientiam Dei: imbecillitatem autem stultæ industriæ humanæ deicat & extenuat. & simul ostendit, qua culpa nostra & præcipitati simus in omnis generis mala, & adhuc in ijs detineamur: quia clami Deo uoluerimus transgredi ipsius ordinatio nem *προμηδάσ* nostra, nec adhuc ad illam redeamus. Et ideo uult nos monitos exēplo tristi & misere-

miserabili primi Prometheus mentis nostræ, ne quid agamus contra uoluntatē & prudenteriam diuinam: sed simus cauti & considerati, atq; timentes numinis, quod fallere non possumus, neque quicquam agere, ipso aut nesciente, aut non punitente. Ad hoc ergo Epiphonema referendum est totum hoc figmentum, quod isto modo nobis & sui discussiōnem non difficilem, & ad uitam totam melius administrandam instructionem non inutilem præbebit. Nam ideo Poeta hoc epiphonema uoluit hic in fine subiectum, ut inde & de ipsius consilio, & de usu huius figmenti admoneremur.

Εἰ δὲ θέλεις, τὸ δόμον τούτο γὰρ λόγον ἐκφέρειν φάσω
εὐκαὶ πισταμένως, σὺ δὲ τὸν φρεστὸν βάλλε
σῆσθη.

Ἄντοι μόθην γε γάστερι θεοί, θυντοί τ' αὖθρωποι,
χρύσεον μὲν πρώτα γλύκος μερῶπων αὐθρώ-
πων

ἄθαντοι ποίκιλοι οὐδὲ μηταῖς θέματα τέχοντες,
οἵ τοις οὐδὲν τίσαντες, οἵ τοις οὐδὲ μεταστίλθησαν.
Ἄντοι θεοί δὲ εἴδωμεν, οὐκοῦντες θυμὸν τέχοντες,
τόσφιψας τε πόνων καὶ οἰζύος, δολές οὐδὲ φλόψ
γηρατεῖς πᾶν. οὐδὲ δέ πόδας καὶ χειρας ὅμοιος
τῷρποντ' οὐδὲ θαλάσσι, πακῶντες τούτην ἀπάν-

τούς.

Θυησια

Ἐντὸς οὐδὲ ὑπένθυμος δειλικόνος, ἀλλὰ τὴν
πάντα (ρωτήσεις)

τοῖσιν εἴη. Καφπὸν οὐδὲ ἐφέρε τοῖσιν πολὺ^{τομάτην} πολλού τε καὶ ἄφθονον. οἱ οὐδὲ
λημοί (στιχοί)

πᾶσιν χοιρῶν γανέμονται σῶν εἰδῶν πολέσ-
σιν τὰρ ἐπέκγνων τῶν γάνοντων κατὰ γάνα κάλυ-
ψει,

τοὶ μὲν δάιμονες εἰσι δῆστι μεγάλα σῆμα βολὰς,
ἔνδοντες ἐπιχθόνιοι φύλακες θυντῶν αὐθεόπτου,
οἵ τε φυλάσσοντες δίκαιοι καὶ τλεαὶ δρῦαι,
πέρας οἰστέμενοι, πάντη φοιτήντες ἐπ' αἷμα,
πλαστοδίται, καὶ τῶν γράσεων βασιλήσομενοι.

Quod si uis, alterū tibi sermonē ordine exponā,
Accurate et eruditè, quem tu in animum tuum
reponas.

Vt simul creati sunt Diū et homines mortales,
Autem primum genus hominum facundorum
Diū cœlicolæ creantur: (cœlo,

Qui sub Saturno erant, quando ille regnabat in
Vinebant ut Diū, animo seculo,
Proflus absque laborib. et aerumna: neq; misera
Senecta incumbebat, sed pedib. et manibus sem-
per similes

Oblectas

Oblectabantur in coniuicijs, extra omnia mala,
Et moriebatur tāquā somno domiti, omniaq; bona
Illi aderant. Et terra fertilis fructū proferebat
Spontē, multum & copiosum: ipsi uero uobuntarij
Et quieti opera distribuebant, cum multis bonis.

Sed postquā genus illud hominum terra coo-
lli consilio Louis magni, sunt dæmones (peruit,
Eximij, hominum mortalium custodes terreni,
Qui obseruant iusta facta, & facinora iniusta,
Induti aere paſſim obambulantes per terram,
Largitores opum, quod & ipsum regium munus
sunt consecuti.

XXO AIO N.

Ei & idem.] Hactenus prolixè quidem, &
recte, sed admodum utiliter & sapienter, ex-
posuit causas & in uitiosa natura humana, &
in Dei iusta indignatione, propter quas ge-
nus humanum sit ab illa prima rectiss. simpli-
ciss. & commodissima uita ratione deuolu-
tum, ad hanc peruersiss. occupatiss. & miser-
timam. Sed quia in illis nondum sunt omnia,
& pleraque obscurius dicta, que restant ple-
niore explicatione exequitur: & præcipue ad
hunc finem, ut in illa digressione à meliore ui-
ta uia, gradus, uices & discrimina præcipua
temporum & seculorum, in moribus & uita
hominum designentur; que quinque consti-
tuunt,

tuit, certis metallorum generibus singula expressa & distincta , solo quarto excepto. Primum est aureum , secundum argenteum , tertium æreum : quartum Heroicū , non simplex illud , sed quasi temperatum ex priorib. dñobus. & video uacans nomine : quintum ferreum. Ad hæc discrimina, ut in primis conspicua omnib. temporib. & nō solum publice, sed & privatim, & quidē per uices suas , multi etiā alijs Poetæ s̄pē respexerunt: ut Virgilius 1. Georgicorū, & 6. Aeneid. Ouid. in Fastis lib. 2. & primo Metamorph. Iuuenalī Satyra 6. & 13. Tibullus, & Lactantius lib. 1. cap. 13, & alijs paſsim autores . Proinde eorum cognitio magnum affert usum & ad uitæ cōmunitatis cōſiderationem, & ad autores bonos intelligendos.

¶ At idem.] Si uis & cupis, sicut debes: quia pro ſufficienti instructione de re lōge grauiſſima, nondum eſt tibi ſatia dictū. Diſerte tranſit ad alium ſermonem , de eodē curſu rerum humanaarū, omnibus cupientibus prudenter & diligenter uerſari in mundo, & rerum ſuarum quæ uero beliorē institutione, cognitu utilem & neceſſarium . Ideo etiam iſeu m ſermonem, & ſuam in eo tradendo operā diligenter commendat fratri: priuū in eo , quia dicit iſe, in quo ordine & per partes, eiūs integrām , non tamen prolixam expositionem promittit . Deinde, quia dicit vñ, id eſt bene, diligēter & accuratē . Tertiū, quia iudicauimus, id eſt

80 IN HESIODVM

id est eruditè, rectè & prudenter, pro statu & cursu rerum humanarum ex gubernatione diuina. Quartò, quia uult eum ab ipso diligenter attendi, & memoriae mandari.

Ωμόδιψ.] Propositū aggreditur, & ut promisit, ἀπὸ θεοῦ λέγει, à uertice & origine prima creati generis humani.

Ομόδιψ.] ἀπὸ θεοῦ λέγει, ab eadem radice, & genere eodem, ut Græci ex Chao & similibus deducebant: uel, simul eodem tempore: uel, ut Scriptura docet, ex eodem creatore Deo, & materia eadem.

Θων.] & Di⁹ & homines. ut nos credimus, angeli & homines ex eadem spiritus diuini materia, quo ad animum: uel, soli homines in natura corporea & terrestri, nacti naturam diuinam, quia ad imaginem Dei creati.

Γιγάντες.] ιγνώσκετε: in quo initium generis humani creationi attribuit.

Χρύσος.] Autem fuit primum genus hominum, quod (ut Plato dicit) propter præstantiam naturæ, morum & uitæ, ita dictum fuit: quia quantum aurum præstet precio alijs metallis & rebus; tanto illud genus hominum præstiterit omnib. sequentibus, bonitate, simplicitate, puritate & rectitudine.

Μηρόπων.] Hoc παρείχεται est proprium hominum, παρὰ τῷ μηρόπει συλλόγῳ ἔχει τὴν ὥπα, ab eo quia habeant uocem articulatam, disertā & distinctam: quia possint & uoces uariarum lingua-
rum

rum efferre, & in quaque lingua expressas & distinctas.

Abāvartī.] Originem huius genetis tradit, sicut & alia omnia ordine accurate, ut tempus, mores, genus uitæ, obitum, & quæ secuta sunt eum conformia uitæ & moribus. Diuinitus autem, & ex cœlesti stirpe illos homines ortos esse afferit, sensu non ita alieno à scriptura.

Oī μῆνι.] Vixerunt sub Saturno rege cœli & terræ, quod tempus antiquissimum traditur. Quo intelligit primam & antiquissimam gubernationem, & sub ea genus uitæ longè relictissimum & saluberrimum.

Ωρὶ δυὶ.] Mores illis hominibus diuinos & genus uitæ conforme attribuit. Viuebant sancte, religiose, & pie, ut homines diuini, & proximi diuinæ origini. Cognouerat fortasse Poeta aliquid de uita primorum parentum in **Paradiso**: & ideo respiciens eò, hæc dicit:

ἀναστία.] securum & quietum, utpote habentes ipsum diuinum incorruptumq; à parte & voluntatis & intellectus, & in bonorum omnium abundantia constitutum.

πόσχημ.] Inde, quia diuini moribus, etiam extra mala & difficultates uitæ agebāt: & non sentiebant senectutis incommoda, sed diu retinebant uirium integratam: & extra publica mala discordiarum & bellorum, oblectabantur hilarioribus conuiuationibus.

f *διῆσκεψ.*]

δρῦσενον.] Mortis genus ipsis naturale, & omniño quietum, atq; somno simile attribuit.

ἰδλὰ δὲ τάχτα.] Ostendit, unde tantam & uitæ & mortis cōmoditatem habuerint. & per idlā intelligit bona communis & ciuilis uitæ ut sunt bona animi, corporis & fortunæ, quæ faciunt ad meliorem uitæ rationem. Viētum autem terra sponte sua, sine aliquo ipsorum labore & cultu, producebat largū & abundantē.

βιδαρθρός.] Proprio epitheto terra sic uocatur, uel quia *σάσων*, & sic alios fructus donet: uel quia à sole calefacta, eos donet: uel quia donet omnia ad uitam utilia, *παρὰ τὸ Αὐραῖον τὰ πρὸς τὸ σάσην*.

οἰ δὲ θελημοί.] αὐτὶ τῷ θελήματι, adiectuum pro aduerbio, Græcis Poetis constructione usita, *ικασίων οὐδὲ προσεγγυμάτων*, sponte & consulto.

σούχοι.] Eadem constructione, pro *σούχοις*, quiete & tranquillè atque *σωφρόνισ*. In quo immoribus ipsorum commendat iusticiam, ciuilem gratiam, æquitatem, & commoditatem, quæ virtutes ab ipsoruū societate & uitæ communitate excludebant *πλιονιζέσσων*, contētiones, lites, odia, simultates & discordias.

ἴργα.] Opera & officia communia, uitæ priuatæ & publicæ siue ciuilis, inter se rite & pacatè distribuebant, communicabant & administrabant, *λατταρίσαις & σύραγσαις*, unā cum alijs multis bonis, quæ erant affectionum *φιλικῶν*, ut bencuolentiae mutuæ, consensionis, beneficentia,

sentiaz, συμπαθείαις, & uitæ consuetudinib. Qui bus ostendit, ipsos omnino in amica societe uixisse, ita ut haberent omnia quasi communia, more amicorum.

avràg.] Quæ sequuta sunt obitum non solum singulorum, sed & totius huius generis hominum primorum, tradit: & pro præstancia diuinæ suæ naturæ, morum & uitæ, ostendit eos cōsequutos præmia diuina, ut sint transformati in dæmones, & facti hominum præfides & custodes: qui aerei & spirituales, passim ambulantes super terram, obseruent eorū omnia consilia & facta, tam mala quam bona, & pro sua regia benignitate locupletent quos uelint.

λύμωνος.] Plato in Cratylō explicat hunc locum, & dicit, Hesiodū per genus hoc aureum intelligere genus hominum bonorum & honestorū: & per bonos intelligere φρεσίους prudentes, & eos uocare uoce admodum antiqua & significanti δαίμονας, quasi δαίμονας, quales sunt omnes boni & uiuentes & mortui. quæ sententia non admodum discrepat ab eo quod nos in sacra Scriptura habemus de angelis, & ijs bonis & malis. Qua distinctione etiam à Poetis Græcis, alij boni alij mali dæmones tranduntur. & quæ hic sequuntur, cōsentiant cum natura bonorum dæmonum siue angelorum.

ταχθίριον.] Pro hoc est in Platone ἀλεξάνδροι, defensores, & malorum propulsatores.

πέρας οὐτάμηνοι.] aere induiti, spirituales, & nō
conspicui atque uisibiles.

βασιλέων.] ὡργισία, est primum Dei donum;
deinde aliorum angelorum: eo maius, quo
qui propius accedunt ad præstantiā diuinam.
Vnde antiquitas beneficos omnes referebat
inter numina, & cætum diuinorum.

Δεύτερον αὖτε γάρ ος πολὺ χειρότερον με
τόπιον

αργυρεοῦ ποίησαν ὄλύμπια δώματα ἔχοντες.
χειροτέρα δέ τε φυλὴ γῆς αλίγκιον, δέ τε νόμον.
ἄλλον ἐκατόντας δέ τε πᾶν μητρὸς καὶ δυνά^τ
ἔπρεφετ' ἀπόλλων, μέγας νύπος ὁ γῆς οἴκου.
ἄλλον ἐταῖρον οὐδέποτε, καὶ οὐδεὶς μέτρον ἴνοιτο,
πανεύδηρον λόγεσκον ἀδίκονον ἀλλούτες ἔχοντες
ἀφραδίαις. Οὐδειψὲ δέ ταῦθαλατον δύκεδων αντε^τ
αλλούλων απέχειν, δέ δὲ θεατὰς θραπεύειν
τὸ θελού, δέ δὲ ερμῆν μακάρεων ιδροῖς ἀδίκωμοῖς,
τὸ θεμιτὸν θρώποισι κατ' οὐθεα. τὸ δέ μὲν πατέ^τ
ζεὺς λερονίδης ἔκρυψε χολόμην, δινεκαΐματα
δύκεδων μακάρεων θεοῖς, οἱ δέ λυμπιοι ἔχο^τ
σιν.

αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τῶν γάρ ος οὐτι γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν οὐσούθοντοι μάκαρες θυντοὶ καλέοντες
δεύτερον· ἀλλούτες μητέρας τοῖσιν ὄπισθεν.

Alterum

Alterum rursus genus longè deterius postea
 Argenteum cœlicolæ produxerunt,
 Aureo neque indole neque mente simile.

Sed puer centum annis apud matrem uenerādam
 Educabatur adolescens, in sua domo admodum
 stultus:

(gīßer,

Cum uero pubuisset, ex pubertatis modum atti-
 In breue tempus uiuebant in malis
 Per stultiā: quia petulantia iniustā nō poterant
 A' se inuicem abstinere, neque colere Deos
 Volebant, neq; sacrificare supra aras Deorum,
 Ut hominibus legitimum est per mores, quos quā
 dem deinde

Jupiter per indignationē occuluit, quia honorem
 Non exhibebant Dijs cœlicolis.

Sed postquam ex hoc genus terra cooperuit,
 Iſti subterranei beati mortales uocantur
 Alteri. ita ex hostamen fecutus est suus honor.

Z X O A T O N.

Alterum genus siue seculum hominū de-
 scribit per suas circumstantias, quod Argen-
 teum uocat: & eo deterius priori fuisse osten-
 dit, quo argentum est deterius & uilius auro.

quā.] λατὰ, est Ellipsis. & quā usurpatur hic
 pro natura & indole corporis, sicut rōma pro
 animo & mente. Nam dicit, hoc genus neque
 f 3 corpo.

corporis neque animi indole fuisse par & simile
le priori, sed longe ab eo degenerasse.

κατὸν ἔτεν.] Illam degenerem dissimilitudinem declarat. quia quo ad corpoream *ληψίαν*, erant moliores & delicatores, & indulgentius educabantur in suis pueribus cupiditatibus: quo ad animos autem, erant stupidiores & inertiores. Quod utrumque uitium in illis alebatur & confirmabatur educatione indulgentiore: quia ad multam ætatem, & iam adulti, quasi pueri delicate à matribus educabantur, & retinebantur domi in sua magna stulticia, quæ sequitur remissiorem educationem, & cupiditates dissolutiones.

ἀλλ' ὅταν.] Quid autē sequebatur huiusmodi depravatae naturæ educationem delicatorem? Ut & corporibus & animis corrumperentur, & quidem corporum vires & integratatem non diu retinerent ultra *ἀκμὴν* uigorem ætatis: animorum autem uitiosorum stultitia, & in se inuicem sœuient, & cultum Dei a spernarentur impiè & inhumane.

μήδον.] mensuram, modū & statum pubertatis. Quibus uerbis circumscribit medium ætatem, quæ uocatur Græcè *ἀρχή*, latine uigor & status.

ἄλγες ἔχοντο.] Non tantum erant momentanei, sed & calamitosi, & dolorib. obnoxii. Imò quia malis & doloribus affligebantur, ideo non erant diuturni, Vnde autem affligebantur

Bantur malis? Ex ἀφραδίαις, ex sua stultitia, ex feruidis, temerarijs & maliciofis consilijs prauitatis suæ. Vnde efficiebantur ὑβρισταὶ, παρούσαις & πλιονέκταις atque αἰσιβάς. Et quidem ita impij & aspernatores cultus numinis, ut receptum cultum Dei non sequerentur. aut potius, ut simpliciter non uellent Deum communi omnium hominum more agnoscere, colere & revereri: sed fierent planè impij & ὀργιώδεις, qui negarent omnem Dei prouidentiam.

¶.] quo modo, quemadmodum, ut & quare ratione est θεός legitimus, receptum & religiosum. *κατ' ἕδη*, per consuetudinem & mores: uel, ut iam olim receptum & approbatum erat consuetudine & moribus à maioribus acceptis.

τὸς μὴν ἵπεται.] Quem sunt isti consequuti obitum & finem uitę? Iustum & miserum, ut ex indignatione numinis iusta, ante tempus morte præmatura tolleretur ex uita: eo quod fuissent impij, & à metu atq; cultu Dei, tum uero à studio humanitatis alieni.

ἀνταρτὴς ἵπεται.] Tradit quæ sequuta sint obitum eorum. Et quia erant secundi à prioribus & optimis, & primi in παρενθάσει, ideo non quidem facti fuerunt dæmones, & ἵπιχθόνει φύλακες αὐθόπτημοι καὶ πλαυτοδόται, ut illi primi, sed μάκαροι δρεποὶ καὶ ὑποχθόνιοι, ut non conuerterentur in sanctos & diuinos spiritus aut angelos: sed essent beati, ut homines mortales & terram

subeuntes, ac sub ea degentes: atq[ue] ita non o-
mnino priuaretur honore omni, pro sua non
perfecta prauitate, sed temperata quadam pie-
tate & humanitate.

Γεὺς δὲ πατήρ τρίτοις ἀλλε γάρ Θεοῖς μορόπων
αὐθρώπων,

χάλκειοι ποίκιλοι δέκα φύγυνται δέκα μοισιοι,
ἐκ μελισσῶν, οἰνόμ τε καὶ οὐειμονοῖσιν αἴρονται
οὐρανὸν εὐελεπονόντες, καὶ οὐεισόντες δέκα σικῆς
πολιού, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχοντες τοράφρουνα
θυμόν,

ἄπλατοις μεγάλης δὲ βίης καὶ χειρού ἀσπίται
δέκα ωμῷοις ἐπέφυκον ὑδή τεβαροῖς μελέεσι.
τοῖς δέκα μοισιοῖς τούχεσσι, χάλκεοι δέ
τεοῖσι, (ρος.)

χάλκῳ δέκα δρυγάζοντο μέλας δέκα εσκεσίδη
καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δέκα σφετέρησι δάκεντες,
βίησαν τοὺς δύναμιν τοῦ θύμου κερυδράσιδας,
γάνημοι. Θαύματος δέκα εκπάγλας πορτέονται
έλε μέλας, λακυπόνη δέκα πομφάσις λίσιοι.

Jupiter autem pater aliud tertium genus hominum,
Aereum produxit, argenteo nulla ex parte simile,
Ex fraxinis, uehemens et ualidum: quibus Martis
Opera lacrimabilia, et iniuria curae erant, neque
cibum

Comedes.

Comedebant, sed habebant robustum animum adamantis,

Inaccessibiles: quibus magna uiolentia, & manus non attractabiles

Ex humeris in ualidis membris excrescabant.

His etiam ærea arma & domus æreæ erant,

Aereis etiam instrumentis laborabant, nec erat illis ferrum nigrum.

Et hi quidem manibus suis domiti,

Descenderunt in squalidā domū Plutonis horridi,

Ignobiles: quos quamlibet horrendos, mors

Atra occupauit, & deseruerunt splendidam lucem Solis,

S X O A I O N.

Tertium genus, perinde ut priora duo describit, à sua origine, à moribus, à genere uitæ, ab obitu, & ijs quæ eum sunt secuta. Quod c̄ri comparat, & hisce omnib. longè deterius pri-
xi ostendit: quod quidem & ipsum à puritate & precio aureæ & optimæ naturæ degenera-
uerat, ad illam suam deteriorem & impurio-
rem argenti: sed non abiecerat omnem boni
tatem humanitatis, & uitij communibus ho-
minum deprauabatur, ut parentum luxu, mol-
litie & indulgentia, sua licentia, ignavia & si-
milibus, ut uiueret liberius & petulantius, si-
ne metu Dei & cultu religionis. Hoc aut̄ tra-
f s dit fere

dit, ferè omni humanitate abiecta degenerasse
in naturam immanem, ut essent omnino Mar-
tij, sanguinarij, horrēdi & uolenti, qui in mu-
tuum etiam exitium ruerent, & ideo citius &
fœdius perirent. Per quos intelligit fortasse
Gigātes, & similes alios, nimis martios & tru-
culentos, qui pro tēporib. & locis sēpē existūt,
& bellicis motibus multa turbant & ustant.

ιε μιλιᾶν.] ex fraxinis, ut arboribus duriori-
bus, & ad hastas atq; alia bellica instrumen-
ta idoneis. Hoc dicit, propter temperamenta
& impetus eorum : quia & erant ita duri & fir-
mi, ut uiderentur ex talibus arboribus nati es-
se, & toto impetu ad hastarum & armorum us-
sum ferebantur . Ideo erant *μέγαροι*, ualidi &
robusti : utroq; autem, & uiribus & impetu si-
ue conatu *δαρή* uehementes, horrendi & tru-
culenti. Et inde, quia erant natura, uiribus &
moribus duri, ualidi & concitati atq; truces,
ad bellum proclives erant, & eius opera & fa-
cinora uiolenta & tristia sequebantur.

στί τι σῖτον.] Neque capiebant cibum more
humano, ita ut ad conuiuia, compotationes,
& id genus alias solennitates cōuenirent : sed
ἀπλαχτοι, informes, inculti & inciuiles, *παρὰ τὶ*
πλάκασιν: uel inaccessibiles, *ἀπώλαση* *ἀπόστημα*,
ad quos nulli cuperent & possent accedere.

ἴχον δυμὸν.] retinebant animum: id est, per-
durabant in suo adamantino, duro, rigido &
afferato animo.

μιγάλος

μυάλη δὲ βίν.] Quia uis magna & ingens robur in ipsorum corpore erat, & manus ααπήσι, απροσίλασι, ὥν δὲ καὶ φυτέτις, non palpabiles & atrectabiles, ex ipsorū humeris prodibāt. Ita ostendit, ipsos fuisse μιγαλοσπλάγχνας, & habuisse magna corpora, & uires immensas: & pro illis animos & spiritus feroces, crudeles, sanguinos & inquietos. & proinde usos æreis, id est, firmis & validis armis & munimentis, etiam domiciliorum, contra mutuam uim: & ærcis instrumentis etiam terram coluisse, & alios labores obiisse. aut armatos & communitos tellis & armis, negocia sua expediisse, ita ut obtutum mutuum nusquam prodirent inermes. Ideo tandem omnino exasperatis aduersus se inuicem animis, perierunt conflictibus mutuis: & νάνυμος, ignobiles & obscuri, sine aliqua fama & celebritate nominis sui, descendebant in squalidam & situlentam domum gelidi & rigidi Plutonis: id est, morte intempestiva & uiolenta misere & turpiter finierūt uitā.

δάκαρος δὲ.] Atque illos ita quamlibet truculentos & terribiles, atra mors opprescit, ut coactifuerint deserere splendidā solis lucem. Quo quasi illustri quodā epiphonemate loci huius, ostēdit qualis ferē soleat esse exitus hominū Martiorū, quam tristis, miser, uiolētus & intēpestiuus: & quo modo ingētes ipsorū uires corporis & animi eos nō solū nō protegāt cōtra mortē, sed etiā p̄cipites in eā deturbēt.

εὐτάξ

αὐτάρ ἐπεὶ τὸν γένος θεόν γαῖαν κάλυψε,
αῦθις ἔτ' ἄλλο πέταξεν ὅπερ χθονί τολμεό-
τείρην

Ζεὺς δεσμούδης ποίκιλον δίκαιοστοροῦ καὶ αἴσιον
αὐτῷ μηδέποτε γένος θεόντος οἱ καλέονται
άμφεοι, πειστόντων γένεται κατ' ἀπέργονα γαῖαν.
καὶ τὸν λόπον εἰπόμενον τε θεοκός καὶ φύλεπις αὖτις,
τὸς μὲν ἐφ' ἐπῆστα πύλῃ θεοῖς θεοῖς θεοῖς γαῖα
πλεστε μαρναμένης μήλων ἐνεκ' οἰδεπόδιαστον.
τὸς δὲ καὶ δύναστι τὸν θεόντος οὐτέρ μέγα λαῖτμα τοι

λάσσης

εἰς προίλας ἀγαγών, ἐλεγόντες δύνεται καὶ οὐκέποιο.
δύνθετοι τὸν λόπον ατετέλεστοι μηδενάλυτε,
τοῖς δέ σχετικοῖς πάντας βίοτοι τὸν λόπον θεοῖς
ζεὺς δεσμούδης κατγίγναστε πατηρές τούτοις πάντας
τὰ γαῖας.

καὶ τοὶ μὲν ναέστους ἀκινούτες θυμόντες ἔχοντες,
δύνακέρων νήσοις, πᾶντας οὐκεανόντες βαθυδίνης
οἶσις οὐρανοῖς τοῖσι μελικούτες καρπού
ζεὺς τοις τοῖσι θάλλοντας φέρει γείσιωρος αἴρεται.

Sed postquam ex hoc genus terra cooperuit,
Deinde rursum aliud quartū genus super terram
multorum altricem

Iupiter produxit, iustius ex præstantius,
Heroum genus diuinum, qui vocantur

Semidei,

Semidei, ortu præstatiore, super immēsam terrā.
Quos quidem bellum noxiū, & pugna gravis,
Alios ad Thebas septem portarū in terra Cadmi
Perdidit, pugnantes propter oves Oedipi:

Alios etiā nāibus super magnum fluctum maris
Ad Troiā adductos, propter Helenā speciosam:
Ibi quidem finis mortis circumdedit.

Caeterū istis seorsum ab hominib. uictū et locū
Jupiter, collocauit in finibus terræ: (tribuens
Qui quidem habitant securo animo
In beatorum insulis, iuxta Oceanum profundum;
Heroes beati, quibus suauem fructum
Ter in amo germinantem profert terra ferax.

Σ Χ Ο Λ Ι Ο Ν.

Quartum genus, Heroum tradit: quod ge-
 nerosius & iustius, inserit inter tertium dete-
 riū, & quintum deterrium: ut ostendat, res
 & mores hominum non perpetuo aliquo &
 fatali cursu, sed pro uoluntate & prouidentia
 diuina administrari, ad suas uices & tempera-
 tiones. Ut autē huic Heroico generi attribuit
 stirpem & originem generis meliorē: ita mo-
 res, uitam, obitum, & quæ sequuta sunt om-
 nia, meliora: ut ita ex omni parte, sicut ab ini-
 tio proposuit, illum duplicem communis ui-
 tæ cursum sub administratione diuina decla-
 ret: & plane ostendat, fere ex consilio diuino,
 & melio.

& meliores melius fœliciusq; uiuere, & dete-
riores deterius, peruersius & miserius.

Διαιώτορες.] Vsurpat comparatum cum
laude eminentiae, & in suo genere, & quo ad
superiora duo genera: quorum tertium fuit
omnino iniustum & degener, secundum au-
tem petulans & delicatum: hoc autem quar-
tū fuit & per se aliquāto generosius iustiusq;,
& respectu illorum priorum.

ἀρετη.] præstantius & melius generositate,
quia à stirpe sua diuina non degenerabat.

αἰδηρῶν ἡρώων,] Heroes uocantur uirtute pre-
stantes, & ea supra conditionem humanam,
proxime accedentes ad excellentiam diuinita-
tis, *οἱ δὲ αρετὴ οὐ προσχύνει θάνοι.* Vnde ἡγεμονί^η huiusmo-
di uirtus, excellentior quam pro conditione
& natura communi hominum: de qua Aristoteles lib. septimo Ethicorum. De origine uo-
cis Grammatici uariè tradunt. alij ἀπὸ τῶν ιψῶν;
id est γῆ, à terra *κατ’ οὗσχην*, quia excellentiores
alijs, aut à terra, aut supra eam degerint. alij
ἀπὸ τῶν αἴροντος, quia ipsorum animæ in meliores
spiritus transformarentur. alij ἀπὸ τῶν ιράσιους;
alij ἀπὸ τῶν αἴροντος, à uirtute, & amore eius, qua ex-
cellant.

ἱμίδαι.] semidei, non integri neq; dñi neque
homines: sed altero parente diuino, altero hu-
mano. Aut semidei ratione uirtutis, qua supra
naturam humanam ascendeant, proxime ad
diuinam. Vel quia in natura humana, uirtu-
te diuina

te diuina præditi erant.

περιηγή γένους.] **genere & stirpe priore:** id est, **superiore & excellentiore,** quām pro stirpe **aliorum hominum.** Ita ipse uult eos **præcipue** fuisse uocatos *ἱμιθίας*, quia inter homines stirpem excellentiorē essent consequuti, alterius parentis Dei.

περὶ τὸ μῆτρα.] **Genus uitæ tradit.** & quia fuerunt stirpe diuina geniti & generosi, atq; inde **δυμονδᾶς & δυμολίοντες**, & preterea iusti: ideo non potuerunt tolerare iniurias, quas pro sua **præstanti uirtute indignius ferrent.** Proinde ob eas propulsandas, excitabantur ad bella: sed quæ nō solum iustis de causis susciperent, sed & modo iusto & laudabili gererēt. Et proinde illa coruox bella maximè fuere celebrata à priscis Poetis, nec pauca de illis celebrationibus ad nos peruenierunt: præsertim de bello Thebano, & Græcorum ad Troiam, quorum **præcipuorum** hic facit mentionem.

φύματι.] **pugna & prælium uocatur.** Et secundum alios, quia *πόλλων φυλῶν*, multarum tribuum & generū *ἴστις* uoces & linguæ conueniant in pugnam: in qua deriuatione usurpatur pro qualibet pugna ex multis constante. Secundum alios usurpatur pro seditione, & intestino atq; domestico certamine & conflietu, quia constet *ἴστα* uoce, quæ tribus & cætibus eiusdem.

τὰ κλέα.] **Duo præcipua bella commemo-**
rat,

rat, in quibus illi Heroes pugnando perierunt: unum ad Thebas, sub ducibus Eteocle & Polynice fratribus, pro regno Thebano pugnantibus: alterum ad Troiam, pro Helena à Paride abrepta, sub imperatore Agamemnone, ad id bellum electo à Græcis. Hoc bellum est præcipue & prolixè ab Homero celebratum: ab alijs Græcis & Latinis breuius, & non ita accuratè. Illius Homerus etiam facit mentionem subinde, sed à Tragicis Græcis est in multis fabulis plenius tractatum: ut ab Aeschyllo, in fabula quæ inscribitur *ἰπτὰ ἀδιθούβας*: à Sophocle in Antigone, cuius occasiones in Oedipo tyranno, & euentus quidam in Oedipo Λολαρῷ exponuntur: ab Euripide, in Phœnissig.

ἰπταπύλῳ.] Hoc adiicitur, ad differentiam & Thebarum *ἰκατονπυλῶν*, quæ fuerunt in Aegypto: & illarum quæ fuerunt dictæ *ὑπερλάκους*. nam hæ tres Thebæ apud Poetas celebrantur, ut hæ in Boeotia, & illæ in Aegypto, & illæ in Cilicia *ὑπὸ πλάκαι*, sub monte ita dicto.

ἱαδυκίᾳ.] Quia Cadmus dicitur condidisse has Thebas in Boeotia.

μόλων.] propter oues: hoc est, propter regnum & potentiam Oedipi regis Thebarum. Quia prisci reges ferè erant *πολυθρίμμονες*, & pecorib. delectabantur, ijsq; diuitias suas metiebantur. Huius autem belli pro opibus & potentia regni Thebani hęc fuit causa: quia Oedipus duobus suis filijs Eteocli & Polynici tradidicerat

tradiderat regnum, suo quodam consilio, hac
lege, ut per uices & alternatim id administra-
rent. Sed cum Eteocles id occupasset, fratri ab
exilio redeunti noluit cedere. Vnde ille tan-
dem in diuturno exilio filia Adrasti regis, in
uxorem ducta, per sacerdotum contraxerat co-
pias septem ducū, cum quibus profectus fuit
ad Thebas, contra fratrem. Et cum in primo
conflictu fratres exacerbissimis animis con-
gredentur, statim ambo mutuis uulneribus
concederunt.

*λαίτμα.] τὸ χάσμα, hiatus & spacium maris,
οἰνά λαίτμα: uel παρὰ τὸ λατύπιδαι ὑπὲ τῷ λευκῷ λαίτμα
τῷ, quia ualde à fluctibus agitetur & concu-
tiatur. intelligit autem mare mediterraneum,
interfluens Græciam & Ioniam in Asia.*

*νησὶ διδίχ.] Quæ sequuta sunt obitum No-
rum, tradit. & ipsis suam beatiorem uitam, in
quam fuerant translati, contribuit, quam in
Insulis beatis siue beatorum sint consequuti
beneficio diuino: qui uoluit ipsos, ut præstan-
tiores, longius separari ab hominibus, ad cer-
tum genus uitæ.*

*γὰ τὸ θέλι.] loca certa, quæ sibi facerent consue-
ta, & quasi propria, quæ incolerent.*

*λατίνωσι.] λατώνωσι, σινίσης ιποίσης, collocauit,
constituit & ordinauit ad incolendum.*

*ιε πέρατα.] Quia in extremis partibus Eu-
rope, intra Hispaniam & Angliam, Græci Po-
tæ has insulas perhibent suis: quæ ex tem-*

peratissimis flatibus zephyri fuerunt fertiliſſimię, ita ut ter in anno produxerint omnis generis fructus.

Ἄλιμοι ήρωες.] beati & fælices. Græci enim Poetæ heroibus, & uita piè & honeste perfanctis, attribuūt aut istas Insulas beatorum, aut πεδίον Ἀλύσιον & αὐφαλεῖα λαμπάνα, campum Elysium & pratum floridum: de quo Homerus in Odyssaea.

Εγένετο πετεῖται ὁ φελλοῦ ἐγώ τε μητέναις
τεῖναι. (νέαδος)

αὐδρόσιμος, ἀλλ' οὐ πρόσθις θαυμῆς, οὐ πρότερος γεννήτος δέ σιδηρεοῦ, δέ περ ἡμέρας
ταῦταν τῇ Καμάτερ καὶ οἴζυος, δέ πινάκτωρ
φθερόμηνος. χαλεπὰς δὲ θεοὶ οἰώσαστο μερί-

μυας,
ἀλλ' εμπητοὺς καὶ Βίσιμεμίξες) εὐδλαβὲ κακοῖσιψ
Ζεὺς δέ οἰλέσει καὶ τοτο γέρος μερόπωρον αὐθεό-

πωμ,
εὗταντον γένορμῷ πολιοκρόταφοι τελέθωσιψ.
δέ τοι πάτερ ταύτεοι μόνοίος, δέ τε ταῦτες,
δέ τοι ξενος γεννοδίκων, καὶ έταῦρος έταῦροψ.
δέ τοι πάσοι γυναις Θίλος έταιεται, ως τὸ πάρο-
στρο.

αὐταὶ γένεσιν τας ἀπικόσασι ποκῆας, (σε
μέμνοντος) δέ αρχαῖος χαλεποῖς βαζοντες έπεισος
χείτλιος

εχτλοις θέσεις οπις είδότες, θάλευμα οίγη
γνωριάτεοι την θύσιαν ἀπό θρησκευασθεῖν.
χειροδίκαιος ἐπόρος οὐκέπορθα πόλιμον θέλαταπά.
θάλεις δινόρχος χαρίς ἔστετρ, οὐτε μίκαίσ, (ζε.
τότε γενεθλίου μάλλον) ἡ πεικῶμενήρεα τούτην
ανέργαληνόσοι. δίκη δ' οὐ χρήσι τούτην αἰδίως
θάκεται. Βλέψας δὲ οὐκός τούτοις φῶτα
μύθους σκολιοῖς οὐτε πωμ, οὐτε δέκοντούμενος,
ζῆτος δὲ αὐθρώποισι οὐτε γεροῖσι μέτασι
λυστέλασθες κακόχαρτος ομαρτίσει συγ-
ράπτεις. (δέκινος)

εγένετο τε οὐ πέρος οὐλυμπού ἀπό χθονὸς σύρυσ-
ταν καὶ σιφαρέεοις καλυταμένω χρόα ηγε-
λόρ, (θρώπας)

ἀθανάτων μετά φῦλον οἴτης πειλεπόντας αὐ-
τὸντος οὐ νέμεσις. τὰς οὐ λέγεις) ἄλγεα λυγρά
θυτοῖς αὐθρώποισι. οὐκοῦ δὲ θάκεται) ἄλγεα.

*Vt inā deinde ego non interessem quintis
Hominibus, sed aut ante mortuus, aut postea nato-
rus essem.*

*Nunc enim genus est ferreum: neque interdum
Cessabunt a labore et miseria, neq; noctu
Peteudo. propterea Dij dabūt illis graues curas.
Sed tamen etiam istis malis admiscentur bona.*

I N H E S I O D V M

Et Jupiter perdet hoc etiam genus hominum,
Vbi geniti extiterint canescentes tempora.
Neque pater liberis similis, neq; liberi:
Neq; hospes hospiti, neq; socius socio:
Neque frater erit fratri charus, ut ante:
Et senescentes parentes statim aspernabuntur,
Et eos durioribus uerbis alloquendo culpabunt
Feroce, neq; Deorum curam habentes: neq; isti
Parentibus senescentibus persoluerint præmia
tricationis.

Violenti, aliis aliis ciuitatem exeret.
Neque uiri bona fidei, neq; iusti erit gratia nulla,
Neq; probi: sed magis malorū patratorē & petu
Honorabunt. Ius & pudor in manibus (lantem
Non erunt: sed prauus violabit meliorem,
Alloquēdo iniquis uerbis: & præterea peierabit.
Et homines miseris omnes Inuidia
Maledica, maligna & lurida comitabitur.
Et tunc quidem in cœlum à terra ampla
Candidis pallijs tectæ corpore pulchro,
Relictis hominibus in coetum Deorum ibunt,
Honestas & Iusticia. Hinc deinde relinquentis
mala tristia
Hominibus, nec erit remedium miseria:

χόλιος

Suum seculum facit quintum, & id deterri-
mum & miserrimum. Atque ideo indignè fert,
se in id incidisse: & non potius, aut longè an-
tè mortuum , aut postea genitum . Comparat
autem id ferro: & ut moribus omnino uitio-
sum & depravatum , ita uitæ cursu tradit esse
mirificè turbulentum , inquietum , calamito-
sum, miserum, atq; indies in detersus præceps
tuens : donec tandem amissa omni probitate
& rectitudine, prorsus & undequaq; omnib.
obruatur malis.

ἄφελον.] Orditur à uoto , de re iam facta , &
non reparabili . Sed hoc facit ex more homi-
num communi : & ad declarandum animum
suum alieniorem à tali hominum genere , ita
uitioso & peruerso . Et utitur hac uoce *ἄφελον*,
quæ in significatione optandi usurpatur ad-
uerbialiter : & tamen formatur ut uerbum, tri-
bus personis : & ferè cum adiectione alterius
aduerbij optandi *αἰδί*, uel *εἰδί*. ut apud Home-
rum Iliad. i.

ἄθητος τοπεὶ τυνσίν ἀδάνγυτος καὶ απέμων οὐδα.
Et obseruandum , quia hoc *ἄφελον* cum aug-
mento & *λ* geminato dicitur, quod alibi *ἄφελον*
sim pliciter usurpatur.

ἄλλος τριπλάσιον.] Hoc uotū alijs ita intelligunt,
ut putent eum optare, ut antè aut in priori se-
culo mortuus fuisset, aut certè paulo post ex-
tixisset. Sed potest etiam satis cōmodè ita in-
g 3 telligi,

telligi, ut tantum optet se non incidisse in hoc genus hominum: sed aut prius mortuum fuisse, aut postea eo delecto potuisse existere: ut videatur sperare per uices tempora meliora.

τὸν γε δύο.] Ratio uoti, A' peruersitate & prauitate huius generis. Est hoc genus ferreū, quia nullis domatur laboribus & calamitatis, ut desistat à mutuis afflictionibus: et ideo tandem deuoluetur in graues & tristes difficultates.

ἄλλο μέτων.] Sed tamen non carebit omnibus bonis intermis̄s: quia alioqui non posset durare aliquò usq; eo quia, ut Aristoteles & Ethicorum dicit, τὸ ιανὸν νοῦς λαθίστηκε απόλυτοι, λαθάνολογοι ἦσαν φύρατοι γίνεται: Vitium & per se periculosa & si fuerit integrum, redditur intolerabile.

ἡμέρας οὐδέσπου.] Hoc etiam subiicit quasi bonum: quia neq; singuli, neq; totum hoc genus sit diu duraturum: sed quasi in prima canicie & cruda senecta, interitu præmaturo pessum situm.

ἰδίων ωτῶν.] Per partes uitia & assidua incrementa eorum exponit, quibus uita communis indies deterior & miserior efficietur. Primum est, degeneratio prolis, & inde dissimilitudo & dissensio inter parentes & liberos.

ξενελίου.] Vox ducta απὸ φέρετρον κίχουσα, & usurpatur de eo qui accipit aliū hospitio. Numerat autem inter maxima uitia hinc, non servare fidem hospiti, nec ei præstare solitam benevolen-

**neuolentiā: quia tum erat magnū ius hospitiij.
στη λασίγνετος.**] Fratrum quoque charitas fiet languidior, quam antē erat. quod Ouidius ita effert,

— *Fratrum quoque gratia rara est.*

Αἴψα.] mox ubi aliquantum adoleuerint: uel potius, post paucos annos: quia loquitur de futuro, & intelligit tempora deteriora, que sunt sequautura.

μέμφεται.] Quos reprehendent, & notabūt atque carpent durioribus & indignis uerbis, quibus alloquentur eos. **εχίτλιι.**] petulantes & proterui. Quod subiçcitur, ut causa & ratio: facient hoc, quia erunt ferocias, indomiti, inobedientes & intractabiles.

ἰδί θεῶν ἐπιψ.] Quare autem erunt εχίτλιι? quia uocabunt omni uerecundia, & metu Dei & hominum: quia neminem reuerebuntur, neminem respicient & obseruabunt, nec putabunt se ab aliquo obseruari. **Οπιψ** Poetæ usurpant primūm pro aspectu & intuitu, & præcipue superiorum: ut Dei, omnia sua prouidentia gubernantis: & hominum, in imperio & gubernatione quadam constitutorum. hinc pro ipsa prouidentia & gubernatione diuina, omnia sua animaduersione obseruāte: ex hoc pro metu, reuerētia, cultu & similibus, que debentur tantę tam prouidæ & uigilati animaduersioni, gubernationiց. His omnibus uocabunt isti, nam primūm non agnoscent Deum,

nec eius animaduersiōnē omnium. & hinc
neque gubernationē & seueritatē aliquam
in delictis puniēndis putabunt esse. ac proin-
de neque metuent & reuerebuntur eum, &
multo minus inde alios homines: sed uiuent
securē in licentia suarum cupiditatum. & inde
neque parentibus senio confectis aliqua p̄z-
mia retribuent pro laboribus & officijs nutri-
cationis: neque quia erunt omnino uiolenti
& iniusti, abstinebunt suam vim ab alijs & à se
inuicem.

τίγης.] Integer & bonæ fidei uir, atq; iustus
& bonus, nō erit apud ipsos in gratia ulla, aut
honore: sed potius patratorē malorū, per-
fidum & iniustum: & ὑβρις, id est ὑβριστῶ, per-
lantem & proteruum hominem, colent & ho-
norabunt.

Δίκης δὲ οὐ χρεῖται.] Iusticia non erit in manib.
neq; pudor aut uerecundia & honestas: hoc
est, sine omni iusticia & cura honestatis, mani-
bus suis abutentur pro sua libidine.

βλάψεις δὲ οὐ λανθάνεται.] Et quilibet pro sua impro-
bitate petet & inuidet præstantiōrem uirum,
cumq; laceſſet & uexabit indigne, iniquis &
callidis uerbis alloquendo, quæ iuramento
confirmabit. Intelligit uarias calumnias & cri-
minationes, quas improbi contra probos sine
excogitaturi, contra omnem rei ueritatem.

ζῆλος δὲ αἰνδρός.] Præterea inuidia maledica,
maligna & lurida atq; uirulenta, omnia occu-
pabit

pabit inter miseros homines. Præclarè affectum Inuidiæ sua triplici, aut potius quadriplici ui de pingit. Nam hic affectus est *λυσίλα-*
ρις, male & sinistrè sonans : id est, maledicus,
 contumeliosus & iniquus. Deinde est *λανέχε-*
ρις, malignus : & *επιχαρίνας*, qui malis alio-
 rum gaudet & lætatur. Tertio, *τυράπις*, tristi,
 lurido & acerbo uultu. Quartò, his omnibus
 affectionibus & similibus alijs calamitosos &
 miseros facit homines, pariter & eos in quibus
 inest, & eos contra quos usurpatur.

εγκύτην.] Tandem etiam exterminabuntur ex animis & cœribus hominum iusticia et ho-
 nestas : post quas exterminatas et expulsas, e-
 xistent omnis generis mala, sine omni modo
 & fine. quibus ut extremis, nullū poterit in-
 ueniri par remedium. Est locus admodū gra-
 uis & philosophicus, quem etiā Plato in Pro-
 tagora tractat, qui statuit has duas ciuiles uit-
 tutes, *αὐτὸν γέγονον δίκαιον*, quæ status ciuiles consti-
 tuant & cōseruent : quas proinde Iupiter pro
 conseruatione societatum communium indu-
 xerit in genus humanum, hac lege per Mer-
 curium lata, *τὸν μὴ δωάμηνον αἰδος οὐ δίκαιος μετίχειν*,
λιτάρεψε τέσσον πόλιας: ut qui nō posset honestas & iusticiæ fieri particeps, cum occidant ci-
 ues tanquam morbum ciuitatis. Et sanè non
 potest esse tolerabilis ulli societati, qui omni-
 do est destitutus istis duabus uitutibus. Nam
 talis uagas et effrenes libidines habet, & illis

non potest non & sibi & alijs incōmodus esse.
 Eò autem prauitatis tandem homines delabuntur, per disciplinæ seuerioris laxationem & intermissionem : quia quo magis remittuntur frena coercionis, eò uehemētius cupiditas erumpunt & inualescunt : in quarum dominazione non possunt obtinere locum honestas & iusticia, quæ illis per omnia refragantur. Ideo inde expelluntur. & quia expulsæ obuniuersalem licentiam & prauitatem, nusquam terrarum possunt nancisci locum : ideo scilicet diuinæ uirtutes, & dona Dei, recipiunt in cœlum, ad Deum ipsum, & ibi morantur : donec homines per suam licentiam & prauitatem in omnis generis mala præcipites, satis castigantur, & ad desiderium uitæ melioris redigantur. Tum denuò pro diuina uoluntate demittuntur ad homines : hoc est, homines diuinitatem excitantur ad amorem, studium & cutam disciplinæ rectæ, per quam consequuntur has uirtutes, id est mores honestatis & iusticiæ. Eò respicientes etiā alij Poetæ, cum uolent demonstrare maximam ἀναρχίαν, prauitatem & misericordiam: tum fingunt has uirtutes, tāquam deas exulare ab hominibus. Ut Theognis:

πειδὼς μῆνα γε ἐλαλεῖ, αὐτοδάτος ἢ νοῦς ὑπερινέσσασα δινύω γῆν κατὰ τῶνος ἵχα.

Etenim pudor euauit, & impudētia & petulantia uicta iusticia occuparunt terram. Ex paulo post idem :

Ζεύς οὐδὲ μητὶ ἐν αἰρέσισιν ὅλης,
αὐτὴν ἀναδίνει πάντα τοιτρίφεται.

Nunc quidem pudor inter homines perijt, immo
pudentia autem peragrat terram. Hinc est co-
tiam illud Poetæ nostri:

Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Ex quo est & hoc Plutarchi, in libello de Ora-
culis interceptis: ἀφεμενοῖς γαρ ἵστη, εἰ τοιχότυς λα-
μπεις νέκταροις, μὲν μόνης τῷ πρεστήγῳ μοίσιος, αὐτὸς
αὐτὴν διάσπειρε τῷ αστράφειρον βίον ἀπολιπασιν, ἀλλὰ τοῦ
πρόνοιας διῶν πυροναρμένη τὰ χρυσάρια πανταχόθεν εἰ-
ζειν; Ira non mirū est, si tanta prauitate diffusa,
non solum (ut Hesiodus dixit) pudor & iusti-
cia uitam humanaam deseruerunt; sed & pro-
videntia diuina, undiq; conuasatis oraculis di-
scensit; Idem in vita etiā Themistoclis, statim
ab initio meminit huius loci.

αὐτὸς.] Significat pudorē sive uerecundiam
honestiorem. Nam in ipso pudore non solum
est fuga turpidinis, quæ uocatur *αὐτοκάκια*; sed
& amor & studium honestatis, quæ uocatur
distinctè *αὐτὸς*. Ex qua, quia tanquam causa pro-
fiscitur ipsa honestas & probitas: hinc ferē
insurpatur à Poetis pro ipsa honestate, aut cere-
sè disciplina & cultura eius.

πίμων.] Est affectus iusticiæ, quo iusti tur-
bantur, & indignè ferunt successum & impu-
nitatem improborum. in quo ferē insunt, se-
veritas puniendi improbos, & sollicitudo de-
pendendi probos. Vsurpatur à Poetis interdū
pro iu-

pro iusticia ipsa: interdum pro eius severitate & indignatione aduersus improbos, atque adeò pro disciplina & coercitione improbitatis. Hic uidetur usurpari pro utroq; pro iusticia, & pro sua disciplina coercente improbitatem & licentiam. Sicut ~~audire~~ etiam hic usurpatur, non solum pro pudore & honestate: sed & pro amore, studio & cura honestatis, per suam conuenientem disciplinam.

λονησίων.] Quia uirtutes finguntur sinceræ, candidæ & exultæ: & præcipue hæ civilis integritatis, bonæ fidei, & gratiæ socialis. Hæ autem duæ uirtutes proficiscuntur in cœtum diuorum: quia sunt dona Dei, nec possunt locum nancisci nisi inter diuinos.

τὰ ἐλέφιτα.] Hi sunt effectus licentiae & ~~ράπχιας~~, à quibus exulat disciplina honestatis & iusticiæ. Ibi enim erumpit omnis generis mala, affectuum, cupiditatum & conatum humanorum: quibus deinde nemo mederi potest. Quod accidit priuatim & publicè passim, statim post disciplinæ neglectionem. Quod Romæ etiam accidit, ut Liuius in sua Præfatione tradit. Labente disciplina, magis magisq; mores præcipites ierunt: donec ad ea tempora, quibus neque uicia neque remedia tolerari possent, peruererunt.

*νῦν δ' ἀενοψ βασιλεῦσ' δρέω, φρονέσσεις
αὐτοῖς.*

Ἄριστος περὶ τοῦ αὐτὸν αἰτιολόδωρον,
οὐτι μέλει τὸν τεφέατι φέρωμ, οὐδὲ χρεατι μεμάρ
πάσι. (χειροπ.)

Ἄλλος εἰλεύθη γυαμπτοῖσι τε παρημένη ἀμφ' οὐνύ
εύρετο. τώδε δ' ὅγειρι κρατήσως πρόστιμον
ἔσπει. (ωμ.)

Ταῖμονίκη, πέλελακας; ἔχειν τολμόν αρέσ-
τη δέ εἶς, εἴ σ' αὖτε γάρ πορ ἄγων καὶ αἰσθάνεται
σαν,

Δεῖπνον δέ αὖτε θελε ποιήσομεν, πειθάσθω.
ἄφεων δέ ὅσ περ εἰθέλεις πρὸς λεράσοντας αὐτο-
φορίζειν. (χειροπ.)

Δίκης τε σύρεται, πρός τ' αἰχθεσψ ἀλγεα πά-
ντος ἐφετεῖσκυπτετησ ἕρητον τανυστήρος ὄρνις.
Nunc fabulam gubernatoribus, & ipsis intelli-
gentibus, exponam. (præditam,

Ita accipiter alloquitus est lusciniam collo uario
Cum eam unguibus abreptam ualde alte in nubi-
bus aportaret,

Ipsa uero miserè unguibus transfixa circumquaque
Lugebat, ipse uero longè potentior ad ipsam dice-
bat: (tentior,

Stulta, quid obstrepis? tenet etenim te longè po-
Eò ibis, quo ego te etiam cantatricem ducam.
Es te mibi, si uoluero, faciam pastū, aut dimittam.

Stultus

*Stultus, qui uult reluctari potentiori : (tit.
Et uictoria priuatur, & cum dedecore mala pati
Sic loquutus est uelox accipiter, auis alas expan-
dens.*

EXPLANATIONE.

Hactenus notauit communia hominum uitia, quibus subinde in aliam atq[ue] aliam migrationem, & illam ferè deteriorem delabuntur, unde conditio eorū fit difficilior & miserior. Hic peculiariter, sed admodum caute, notat, in magnatum & potentiorum aduersus inferiores : & simul ostendit, horum contra vias illorum conatus esse stultos & irritos.

vñ d' aīoy.] Perquam modeste & prudenter proponit, ne hoc genus hominum offendat: non doctrinam & præcepta multa proponit illis, sed tantum fabulas commemorationem. nec uult eos egere sua instruētione, qui ipsi sapiant: & tamen aīoy promittit, quæ vox significat non qualēcunq[ue] fabulam ociosam, sed quæ figurat & recte contineat admonitionem & sententiam laude & memoratu dignam, ut seriam & grauem, ex usu uitæ petiat, & eō facientem. Et sane in ea satis multa tradit de consilijs & conatibus horum hominum: nec obscure vñdos eorum ferè violentum & vñluerentikòv, in natura accipitris subindicat,

āydīva.] Per lusciniam intelligit doctos, intelligentes & sapiētes, quibus quamlibet suarum

interrogentibus, & uaria atq; salutaria consilia subiçtientibus, sapè nō parcunt tales acci pitres, nedum alijs. De quorū natura & morib; Plutarchus in uita Aristidis tradit quædam non abhorrentia ab hoc Hesiodi loco, ubi ostendit Aristidem omnino contrario modo fuisse affectū, his uerbis : πασῶν δὲ τὸν αὐτὸν φόβον τοῖς πολλοῖς διαδεῖπεν παρέβαι, διὸ τὸ τέλος χρήστου μετεχεῖτω αὐτοῖς οὐκὶ λαμπτέοντος ὑπάρχειν, ἐνθεὶτερόν τέλος οὐδὲ μητινὴ ιπτόσατο τὸ προστικότελο οὐκὶ θραύστερον προστυγεῖσαν τὸ δίγαστρον, δὲ τὸ βασικέστερον οὐ γράπτεται εἰδεῖς οἴγλωσσον. αὖτε πολυποντὰς οὐκὶ λαμπτέοντες οὐκὶ παρέβαι, ἵνοι δὲ αἱτοὶ οὐδὲ σφαντεῖς οὐχαρεψαντεῖνται, τὸν ἀπὸ τῆς βίας οὐδὲ διωρίαν (οὐδὲ τοιούτη) μᾶλλον, δὲ τὸν ἀπὸ τῆς αἰρετῆς δόξαν αὐτοπονεῖται. Ex summib; autem virtutib; iusticia maxime multas mouit & allexit, eo quia usus virtutis huius solet esse maximè assiduus & communis: à qua uir pauper & popularis consequens est appellationem hanc quam maximè regiam & diuinam, ut uocaretur IUSTVS.

Quam appellationē, regum & potentum nullus est prosequutus: sed uastatores urbium, Salmina, & domitores, alij etiam aquilæ & acipitres maluerunt uocari, à ui & potentia magis quam ex uirtute laudem & gloriam amplectentes.

*παλαιός περ.] Non propter uarium collicō
lōrē ita uocatur, sed propter soni & uocis ua-
gitudinem. Per quam intelligit uarietatem & sua-
mitatem*

I N H E S T O D V M

uitatem cogitationum, consiliorum & sermo-
num, quibus docti, intelligentes & sapientes
utuntur, ad potentiorum uim placandam.

ψήλη.] His uerbis exprimitur uis accipitris sc̄
ui et uehementis: quia ipsam lusciniam un-
guibus apprehensam, sursum subito arripuit.
τελέσθω.] Ipsa contrà sub huiusmodi ui ad-
modum miserabiliter afficitur, & sortē suam
deplorat, atq; humiliter liberationem petit.
Quæ ita opponuntur, ut appareat quām sic
misera & tristis conditio bonorum & intelli-
gentum, sub potentiorum violentia.

πεπαρμένη.] πεπαρουμένη. uel à uerbo πάρω,
quod significat λιπτω: uel πόρω, penetro &
transeo.

μύριτο.] οὐδέποτε, οὐδέποτε, lugebat & deplorabat
suam sortem, atq; suppliciter ueniam perebat.

τίλος άτο.] Accipiter nihil mouetur innocen-
tia luscinie, nihil ipsius supplici deprecatione,
nihil rei indignitate: sed contrà eam, ut stu-
tam & importunā, duriter incessit: quia non
tacite, et sine omni aduersatione ferat uim po-
tentiae suæ, ut iustum, ideo tantum, quia sit su-
perioris in inferiorem. Quæ aptè & decorè
pro persuasionibus & conatibus potentio-
rum finguntur.

τιλγαρίης.] violenter, imperiose & præfa-
ctè περισσει μυδον, scilicet λαττα uel πρός τιλγαρίον
την ίστη, compellauit ipsam oratione, uel ad ip-
sam orationem protulit.

ταιμονία.]

admir.] mirifica, stulta, inepta & importuna. Est haec vox morsis, usurpatur cum laude & uirio: & in posteriore significatione est Homo crebra.

2. vii. 12.] Supplicem & miserabilem prestationem ipse uocat uociferationem, & obloquum. Quia uultam, iniustam, & non ferendam. Et quidem ex persuasione suae potentiae, uisus iustae, cui non putat aliquid obloquendum esse: Tu debes considerare, quanto potest te captari teneat, & ideo nihil ei refragari: & ego debeo pro arbitrio meo uti potentia mea, nec respicere aut curare quid tu uelis aut petas. Proinde ibis quod ego te ducas, propter voluntate mea tractaberis.

ap. 11.] Sententia graui & illius aduersus se oblocutionem, ut stultam, irritam, ridiculam & noxiari improbat: & suum aduersus illam codatum probat, ut rectum & iustum, quia fit pro iuribus & potentia sua. Ita nunquam distinctiones speciosae & probabiles, in qua illius & nefariis conatibus: & ut Quintilius docuit, Sceleti nunquam defuit ratio.

Hoc miserrima uia, cuique in suis oculis speciosa, de qua Salomon Proverbiorum cap. 16. Est uia quae uidetur homini recta, & nouissima eius ducent ad interitum. Hæc autem sententia accipitris est uera & grauis per se, nec inferiores debent superioribus reluctari: quia non solù nihil efficiunt, sed præterea gratius &

affliguntur, & minus miserationis & uenientia etiam apud alios consequuntur. Sed potentes etiam non debent aliquid moliri, pro sua potentia, contra iusticiam, aduersus imbeciliores: nec tamen interim non creberimè, & quantum fieri potest, eorum conatus qualescunq; sunt dissimulanter & patienter ferendi. Similes sententiæ passim apud Homerum usurpantur, ut ubi dicit:

*μήδε οὐδεὶς σέο ἀμένον φυτὶ μάχισθαι,
Νευεις contentiose præstantiori resistere. Et
Iliad. a. Calchas uates dicit,*

*ληγάσνυ γε βασιλεὺς ὅτε χρόνιται αὐδῇ χρόνι,
Nam rex præstantior, cum indignatur viro in-
feriori.*

[οὐεις φατ'.] Breuem & seueram orationē contribuit accipitri, ut imperioso & uiolento: quia, ut est prouerb. Omnis herus monosyllabicus. Et hic in conclusione subiungit causas huiusmodi ipsius orationis & conatus. primū, quia est ipse, cuius natura rapax & uiolenta: deinde, quia *πεντίτης*, quia habet præcipitem & uiolentum uolatum: tertio, quia habet alas validas & amplias, quas firmè extendere & dimagitat potest.

*ἄπερση, σύδ' αὔχει δίκης, μήδ' ὑβεψε φρεπεῖ.
ὑβεψε γαρ τε λακῆ δειλῶν θροτῷ, δέ μὲν
θλός (αὐτὸς)
γνηδίως φορέπειος διώσται, βαρύθεα δέ οὐκ
εἰγνέται*

τύχρονος ἀγκυστιψ. ὁδός δὲ ἐπέρηφεν πρελθεῖν.
κρέας ωμὸς τὰ δίκαια. δίκη δὲ ὑπέρ οὐδειών.

(γνω-

ὴς τέλος θέλειθεσσ. παθῶμα δὲ τε νόπιον ἐ-
αὐτίκα δέχεται δέρκος ἀκαστικοῖς δίκαιοις,
φίλοι δὲ δίκαιοις φόβος ἐλαυνόμενοι, οὐ καὶ αὐτοὶ οὐ-

(γνω-

μεροφάγοις σκολιαῖς ἢ δίκαιοις λείψαντος θέματος
οὐδὲ ἐπειρχλαύσσοντες πόλιμον καὶ οὐδεις λαῶν,
πέρα ξακουλίνη, κακῶμα αὐθρώποισι φέροντες.
οἱ τέ μηθέλαζον, καὶ οὐκ οὐθεῖσιν φένειαν.

O Persa, tu audi iusticiam, nec fove petulantiam.
Petulantia enim incommoda est misero homini;
neque præstans

Facile potest ferre uim, sed ab ipsa grauatur,
Involitus malis. uia progrediendi in alterā partē,
Ad ipsa iusta, est potior: nam iusticia præualet in
iusticie;

Tandem euentu. sed stultus accepto malo agnoscit.
Nam insurandum statim sequitur iniqua iudicia,
Et subsecutio iusticie tractat, quō eam trahunt
hontines

Iaqui, ergo qui peruersis iudicij dijudicant iuratores
Ipsa sequitur deplorās ciuitatē, et mores populorum.

IN HESIODVM
Aere induita, afferens exitium hominibus
Qui eam expulerunt, nec recte administrarunt.

XXION.

Postquam hactenus prolixè notauit priuatam & publicam iniusticiam & prauitatem, & inde docuit homines subinde deterius & miseriis affici & habere: hic eum dehortatur ab iniusticia, ut uia & ratione uitæ peruersa, uitiosa, tristi & misera. Ad ipsam autem iusticiam cohortatur, ut uirtutem piam, honestam, fœlicem, & undequaq; salutarem: in qua sit dignitas tradita recta & felix uitæ uia.. Nec amplius deinceps loquitur figuratè & rectè sub fabulariā inuolucro: sed apertè tradit præcepta & admonitiones, de iusticia per industriam laboris colenda. in quibus duobus cōstituit rectam & fœlicem uitæ rationem: sicut contrâ uitiosam & miseram cōlocat in iniusticia & ignauia. Et quia hanc doctrinam instituit ad fratrem, ideo eum hic alloquitur & benignè monet, ut deinceps uelit se applicare ad iusticiam, & prouidetur subducere ab iniusticia, quoniam habeant omnino contrarios euenuit: hæc tristem, exitialem & miserū illa contrâ lœtum, salutarem & fœlicem. O frater Persa (inquit) tu audias, acceptes, sequaris, & colas iusticiam: nec alas, foueas & amplectariis iniusticiam. *ισηρ* opponit iusticiæ: nā ita eiā ab alijs usurpatur pro iniusticia uniuersali,

non

Etiam modè. quia hæc uox significat træsgressionem aut digressionem, & obliquum fluxū & ductum, *παρὰ τὸ ὑδάτινον*, quia oblique fluat. **Ceteris** tamen usurpatur hæc uox pro petu laude & insolentia, quæ comitantur dinitias, etiam generis, potentiæ, & id genus alium fortius successum: & sunt uitia specialia.

Rationes subiungit utriusq; partis propositionis: & primum quo ad iniusticiam, quam dicimus modam & noxiā esse, nō tantum misero, impo, & non ita potenti: sed & potenti, diniti & fortunato, qui & ipse tandem experiatur se illa opprimi, & pessum ire. **Δεύτερο** inerem, ignauā, egentem, & quo cunctis modo miserum. cui opponit *ἰδίᾳ*, *συγχρόνῳ*, potentem, & præstantem uiribus, dicitur, potentia, & similibus bonis.

[*τρίτη*.] Oneratur, grauatur, obruitur & operatur ab ipsa: per quam inuoluitur mirabiliter in ordinatione, præter omnē suam coniunctionem, in omnis generis mala & difformitate. De qua prolixè Plato in libris de Rebus publicis ubi contra iniusticiam defendit hanc sententiam pro iusticia, *τι λέγεται οὐδὲν κακόν τι αἴσθητος* sententia non abhorret à sanctitate diuinæ.

Quarta.] Viam iniusticiæ ostendit omnino modam, ut quæ tandem hominem nihil tantum præcipitet in omnia mala. Hic iusticiæ uiam commendat, ut longe h 3 melio-

¶ IN H E S I O D V M

meliorem : quæ euentu suo superet iniusticā,
& pro malis rebusq; aduersis adferat res se-
cundas, & omnia bona.

[τίτλοι.] Est uel nominatiuus, uia altera est
melior, πρελθεῖν scilicet ἡνα uel πρός, ut prætere-
at, uel ad prætereundum. uel est Datiuus, ad
hunc senium : Via est melior, ad progredien-
dum ex altera & opposita parte ad ipsa iusta,
q; est particula per προσαγωγὴν adiecta.

[άριστος.] Nam iusticia υπὲ οἴηται, ualeat
& est potens supra iniusticiam : uel υπεριέχει
σεις, præualet & præponderat ipsi iniusticis.
Sed quando hoc fit ?

[τίτλοι βιβλίον.] quando ipsa ad finē suum
& euentum peruenit. Cur hoc autem igno-
ratur ? quia ferè omnes desipiunt, neque quis-
quam uult hoc cognoscere & scire, nisi cuen-
tu stultorū magistro. Est hic iniusticiæ euen-
tus certus, uerus & proprius : sed stultus non
uult eum cognoscere, nisi suo malo. Non est
necessæ ad huius rei probationem adducere es-
empla : sunt obvia passim in comuni uita,
& in sacris & prophanis historijs quam pluri-
ma : & hæc infelix & stulta atq; misera sapien-
tia ex euentu tristis est ita conspicua, ut abierit
iam olim in prouerbium, Stultus post factum
sapit.

[άριστα.] Quæ alia uicia turpia & noxia so-
lent comitari & sequi iniusticiam, comme-
morat; unde homines non priuatim tantum
sed

Recepit publice, & ex indignatione diuina tandem puniatur. Sunt autem hæc illa uicia: perfarium, falsa testificatio, iniq[ue]itas iudiciorū, ~~uincia~~ siue auaricia, qua per iniquas sententias detorquetur iustitia pro libidine iudicium & fraudibus calumniatorum. Per ignoriam intelligit omnem fidei uiolationem, siue illa fiat peritudo, siue testificatione falsa, aut quibuscumque alijs circumuentionibus. Per ~~litteras~~ ducas intelligit lites iniquas, quæ falso intenduntur per calumnias, & variae fraudes & technas.

Propos.] consequutio, ductus & tractus aut comitatus violentus, quæ iusticia ducitur coacta, & pro fraudibus accusantium, & iudicium auaraz & corrupta iniq[ue]itate. Δικαιοφάγοι uecti iudicis auares, πλευρίκας & iniquos: qui corrupti donis & gratia, iudicant & interpretantur δικαιουμένi iura & leges: atq[ue] adeò lites conuenientias secundum leges dirimendas, ~~dicas~~ quævis suis sententijs & iudicijs iniquis compoant.

Inferm.] Quid uero interim facit ipsa Iusticia? patitur illa quidem uim, & illam tolerat inuita & tristis: sed ea non tam ipsa affligitur, quam illi qui ipsam affligunt & cōculcant. & ideo illa deplorat ipsorum sorte miseram, qua sunt perituri tandem. Ideo autem flet, quia suo studio iuuandi mallet ipsis opitulari & protegendi: sed non potest intuitis & expellentibus,

320 IN HESIODVM
tibus, aut certe peruerentibus suas legiūas
ordinationes.

¶dix.] Vocat cœtus, conuentus, contractus
ciuiles, statuta, mores, & id genus alia, quæ sunt
in consuetudine ciuili: quæ omnia ymīa & a-
nimaduersione iusticiæ tandem conturban-
tur & euertuntur,

¶rpa iatapēn.] aere induta & inuolata, ut
cerne non possit. Quæ sane causa est, quia non
coram præsens aspicitur in sua seueritate, sed
clam & sensim subreptit in opinionis, ut homi-
nes sint securiores, & minus abstineant ab ei-
jus violatione. Sed ipsa nūquā prorsus e-
manet, uerū tandem ex improviso superue-
rit, & adfert in pœnam uaria mala, illis qui ip-
sam aut prorsus expulerunt, aut certe aliqua
iniquitate iudiciorū & sententiārū violarunt,

οἱ δὲ θίκας ξένοισι καὶ γύναιμοισι δίδυσι.
ἰθάσις, καὶ μή τι παρεκβάντοι δίκαιοι,
τοῖσι Γεθηλεπόλισ, λαοῖ δ' αὐθόντι μὲν αὐτῷ,
εἴρων δ' αὖτε γλῶνα πρόφορος, δολέ περ αὐ-
τοῖς
(ζεὺς,
αργυρέλειοι πόλειμοι τεκμαίρεται ὄντες πε-
ρδετοι ποτ' οὐδίκαιοι μετ' αὐδράσσε λιμός εἰ-
πιδεῖ,
χρὴ δέ τι, θαλίας δὲ μεμπλότα δρύας νέκοτας
τρίσι φέρεται γάστρι πολιών βίοις, σχετικὸν δέ
εἶπεν

Επειδή τοι φέρεται οὐκανθρώποι μελίσσαις.
Αρρόνοις δὲ στεγνούσαις λασταρεῖσι θάσαις,
Γίγαντεσ τὸ γυμνάκης ἐθεωράτειν ταῖς γονδύσιψ,
Θάλασσαις δὲ αγαθοῖσι διαμιτρόπεσ, ἀδὲ ὑδρί-
ναιοῖ

πάσονται, καρποῖς δὲ φορέας ζεύδηρος αρέσει.

Qui autem contribuunt peregrinis εἰς ciuitates, iudicia
recta, εἰς in nullo discedunt à iure.

Illis floret ciuitas, τοις populi germinant in ea,
Et pax altrix iuniorū in terra. neq; unquam ipsis
Jupiter latè sonans bellum difficile struit :

Neq; unquam homines iustos comitatur fames,
Neq; calamitas: sed perfruuntur negotijs perturbati-
nentibus ad hilariores solennitates.

Istis terra quidem profert fructum multum: que-
tus uero in montibus

Suma quidem producit glædes, media uero apes.
Quae autem implexa lana grauantur uelleribus,
Uxores pariunt liberos parentibus similes,
Et omnino bonis florent, neq; nauibus
Peregrinabent, sed terra ferax producit fructū.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Pergit in ista καταδίου & enumeratione ui-
tium & effectuum cōtrariorum iusticiæ & in-
iusticiæ: & hic iusticiæ religiosam obseruan-
tiam

322 IN HESIODVM

giam ostēdit in omnes uitę partes esse rectam, fœlicem & salutarem, unde aspirante diuina benignitate omnium bonorum affluentia redūdet.

έγειραι.] Qui sunt uerē, perfectē & solidē iusti, ita ut iusticiam undequaq; & erga suos ciues, & erga alienos atq; extraneos colant, & prorsus nusquam ab eius iure recedant.

τάσι τίθεται τάχις.] Illis floret & germinat ciuitas. primūm, status ciuilis & forma reipub. est benē constituta per ipsam iusticiam, quæ eas constituit & conseruat per suam ἀναγνώσκων legitimationem. Deinde, *λασὶ αὐδινοῖς ιψιν αὐτῇ.*] ciues germinant, florēt & benē habent, atq; sunt fœlices in ea: quia primūm per iusticiam distributionā sunt recte, & ut dignum est, collocati & dispositi secundum gradus ordinum, dignitatum, functionum & laborum: deinde per iusticiam commutatiuam, beneficio communicationum mutuarum consequuntur *αὐτάρες* rerum, pro omni non tantum necessitate, sed & commoditate uitæ: tertio, per iusticiam *διορθωσιν*, quæ est forensis & iudiciorum, adipiscuntur diremptionem controuersiarum & litium, omniumq; iniuriarū & damnorum illatorum exequutionem, pensationemq;. Ex iusticia autem publica & uniuersali habent ius publicum, *οὐτεμη*, compagem & corpus totius societatis ciuilis: publicam defensionem & conseruationem omnium communium

stantium rerum, ordinum, solennitatū & conuenientiam. Vnde existit agere publica pax, tranquillitas & concordia: *ἀπὸ γῆς*, per totam societatem ciuilēm, quę sit *λογότητος*, altrix & eductrix iuuentutis. Quę non solum præbet occassiones & commoditatem educandi liberos: sed & op̄eris, rectitudinem liberalis, utilis & necessarię à primis annis institutionis & culturae. Quę *μηδέα*, debet esse publica & priuata, & utraq; ex iusticiæ prudentia constituta ad statum publicum: ita ut ea efficiantur singuli ciues, membra bona & utilia totius societatis, ut corporis sui.

πολιτῶν.] Tales ciues etiam diuinitus descenduntur. Nō solum ipsi nullis iniurijs, odijs, similitatibus, factionibus & dissidijs turbantr: sed & nec ab alienis & extraneis infestantur ulla ui aut potentia. Quia neq; eos, neque Deum offendunt ulla iniuitate, ideo hic propitius & benignus, qui est *ἀρετής*, qui omnia audiit & cernit, non concedit aliquod bellum, quod fit *χειρὶς* ipsis, graue, incommodeum & noxiū strui & geri aduersus ipsos.

πολιτῶν οἰκοδίαιοις.] Neque tales ciues ita iuiciam & equitatē colentes, unquam fames, penuria & difficultas annonæ ulla inuadit: & quia ipsi sunt prouidi, solliciti, uigilantes, industrij, liberales & *κοινωνοί*: & quia Deum habent fauenteum & benignum, qui ab ipsis arcet *σέληνης* dampnosam siccitatēm, humiditatem,

tem, grandinem, & aliam calamitatē, quæ fruges & alia vietiū necessaria corrumpi possint.

Dælius dicit.] Non perturbantur & affliguntur prorsus malis ullis, uel domesticis uel extraneis: sed in tranquillitate & affluentia omniū bonorum læti degunt, amplectentes & prosequentes conuentus, conuersationes religiosas, solennes, celebres & hilariores. Quia ipsa & terra producit fructum copiosum, & arboreos & pecora atque iumenta multiplicem, Nam quercus etiam, utcunq; non ita ferax arbor, & in montibus nascens, in summo quidē profert glandes, in medio autem alit & fouet apes: et oves agrestes, lanigeræ & lana impecata, ea omnino onerantur: quam ut præstant abundantem, ita etiam lactis & aliorum usu sunt perquam feraces. Qualis fecunditas est etiam in alijs pecoribus & iumentis.

Sic et socii.] Præterea mulieres fœliciter pariunt: & quidem liberos non degeneres, sed parentibus suis similes. Sub hoc finali & præcipuo coniugij usu, qui est maxime in uotis hominibus prijs & honestis, intelligit omnia alia huius societatis ex opata & fœlicia, quo ad formam, uires, ualeitudinem, pudicitiam, castitatem, et uitæ consuetudinem.

Dælius.] Præcidit istam enumerationē bonorum, quæ iusticiæ cultum et obseruantiam comitantur, et dicit breuiter: Tales, quorum societas et uita administratur iusticia, floreas et abundant

& abundant omnibus bonis.

Amenylos.] per omnia, ex omni parte, & in
Omnibus: nec laborant ullius rei indigentia,
ut non sit ipsis necesse nauigatione & alijs mo-
lestis & periculofis importationibus uti: sed
ipsorum terra exulta & ferax, omnia abunde
producit & suppeditat. Ita omnia eruditè, ac-
curatè, philosophicè & uerè, quæ sunt de natu-
ra, ui, proprietatibus & usibus ipsius iusticiæ,
exponit: nec quicquam aut alienū admiscet,
aut proprium omittit, aut consentaneum nost
suo loco ponit.

Οἰς οὐδὲν τε μέμπλε πάκι, καὶ χέτλια δρῦσι,

τοῖσθε δίκιων περιδῆς τεκμαίρεται διεγόπιε

(παυρᾶ,

πολλάκις καὶ δύμητες πόλις πακᾶς αὐδήσεις

τοῖς αὐλετράνει, καὶ εἰ τάδελα μηχανάσῃ,

τοῖσι δὲ σφρανόθην μέγ' επίγαγε τῷ με πε-

τίνει,

λιμένοις δὲ λειμόρ. ἀρχφθινύθσι δὲ λαοί,

αὐτοὶ γυναικες τίκτουσι, μετύθσι δὲ οἴκοι,

ζυνός φρεσμοσώρτιολυμπίδ. αὐλοτε δὲ

αὐτε

αὶ τὸ γε σρατὸν δύσιν ἀπόλεσην, πόλιτος,

εὐτελεσην πόντῳ περιδῆς ἀρτίννυται αὐτῶν.

Quibus autem iniusticia est cīta, εγγίllicitas opera,

Illis

Illis Jupiter latitonans machinatur poenam istam
Sæpè etiam uniuersa ciuitas propter improbum
uirum punitur,

Qui deliquit, & nefaria machinatur.

Nam talib. cœlitus Jupiter inducit magnū malū,
Famen simul & pestem, unde populi pereunt,
Neque mulieres pariunt, sed pereunt familiæ
Consilio Iouis cœlestis, interdum præterea
Aut urbium exercitū magnū perdit, aut mœnia,
Aut naues ipsorum in mari ulciscitur.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Iniusticæ uim contrariam ostendit, & esse
estus omnino tristes & calamitosos atq; misera-
ros, quibus diuina prouidentia homines non
priuatim solum, sed & publicè puniuntur & af-
fliguntur, usq; ad internacionem.

οχιταία ἵγα.] opera, facinora, negotia & de-
licita iniusticæ uaria, quæ sunt illicita, nec tole-
randa, sed cohercenda, ut quæ sint contra re-
ctam & salutarem ciuilis uitæ rationem.

τὸ γενίπα σὺν.] Istis Deus, qui omnia obseruat,
animaduertit & cernit, consulto & efficaciter
st̄ruit, adornat & infert, *δίκαιω*] poenam ju-
stam & meritam, ut grauissime puniantur: &
quidem ita, ut sæpè propter iniusticam & pra-
uitatem unius hominis, ciuitas aut etiam re-
gio uniuersa affligatur. *ἰτανρᾶ.*] poenæ illius
particeps fiat. Teut. *Muß sein entgelten, pro-*
pier

pter illius delicta uexetur & afflatur. Est hoc
metum ~~pius~~, sed crebrius usurpatur in ma-
lam partem. Dignissimum obseruatu, quia
dicit, Sæpè propter unum hominem, ~~igitur alio~~
~~quodam~~, qui sit iniustus, hoc est, improbus, in-
quietus, & turbulētus, qui habeat iniusta con-
silia & conatus temerarios & feruidos, teta fo-
cietas ciuilis periclitatur. Nam hoc utcunq; ui-
deatur esse contra rationem, nec sit adeò om-
nibus conspicuum, est tamen omnibus tem-
poribus & passim nimis crebrū et usitatum &
meo intelligentibus ita difficile animaduersu-
m in obseruatione cursus rerum humanarum: et
passim historiæ sacræ et profanæ huius rei ex-
empla plurima suppeditant, & præcipue in
Rocmatibus conspicua proponuntur. Hoc au-
tem multo magis est obseruatu dignum, quia
dicit hoc fieri cōflio & indignatione diuina,
ut ob unius iniustiam uniuersi puniantur:
quia in hoc ostendit Poeta, & esse prouiden-
tiā diuinam, et illam uigilantissimam et se-
verissimam, quę singulorum delicta animad-
uerat, et ea grauissime puniat. Et ideo uult,
nō tantum publicè, sed et priuatim, et quo ad
singulos haberi curam iusticiæ & probitatis
quam accuratissimam: quia singuli etiam in
republica, præfertim aliquanto potentiores et
superiores, quocunq; modo dignitatis et ho-
norum, possint suis moribus, consilijs et co-
acibus ita peccare, ut id cedat in detrimentū
& exitium

τούτοις.] pro τέτοις uel iuxtaois, quibus ὁρεις πάνται,
Iupiter cœlitus inducit magnam afflictio-
nem et calamitatem, ut præter illa suorum ui-
tiorum mala, sentiant et experiantur alia gra-
uiora & improuisa, quæ Deus ipsis inopina-
tis pro sua prouidentia inferat.

λαμπίην.] Quam magnam calamitatem dixit
diuinitus immitti, illam iam per partes distri-
butione explicat et declarat. et hic commemo-
rat, quæ maxima sunt et habentur mala, ut fa-
mem, pestem, exitium, *καταστροφήν*, infœlices par-
tus, familiarum interitus, exercituum magno-
rum clades, urbium deuastationes & naufra-
gia. Atq; hæc quidem mala docet esse diuinæ
indignationis et plagæ, ad punienda hominū
delicta. Quod est admodum pium et utile sci-
tu, et ad considerationem disciplinæ Dei, et ad
timoris eius conseruationem.

σολιγιωνίτης.] Magnum hoc, & uerè pium:
quia infœlices partus et familiarum interitus
attribuit prouidentiæ diuinæ, & illius iustæ
administrationi: sed illi seueræ, et peccata pu-
nientis.

ἀλλοττον οὐρανόν.] Interdum, siue alias, & suo
tempore. Publicè etiam malis punit iniusticiæ,
cum aut exercitus amplos finit deleri, aut ciui-
tates subverti, aut naues in mari submergi.

Hec

Hæc & similia alia, sunt proculdubio ab Hebreis, ex doctrina prophetarum, & præcipue Mosis, desumpta: apud quem in Exodo, Leuitico, & Paralipomenis sunt crebræ huiusmodi comminationes de violatione mandatorum Dei, ubi etiam nō desunt illustria exempla indignationis diuinæ.

Ἄλεστι Βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράξετε καὶ τοὺς πλεύσεις μίκης. ἐγγὺς δὲ ἀνθρώποισι ψεύτες αὐθαίρετοι λαβόσσαντες, ὅπει συφλιῆσι μίκησι ἀλλήλας τρίβουσι, θεῶμεν ὅπις δὲ καὶ λέγοντες. Μήτι γάρ μένειοι εἰσὶ μὴ οὐδὲ χθονὶ ταχλυβοτέροι αὐθαίρετοι, γνός φύλακες θνητῶν αὐθρώπων, οἵ τε φυλάκοις τε μίκας καὶ φέτλαις δρύα, πέρος ἐστάμενοι, ταῦτα φοιτῶντες ἐπ' αἷσαν. Πλέοντες προθνός δὲ μίκη, μίδος ἐκγεγαγός, κύδην τὸν αὐδοίκητε τε θεοῖς οἱ ὄλυμποι ἔχοσι. καὶ δέ ὅπότε ἀντί τις μη βλάπτῃ συφλιῶς ὁνοτάξιον,

αὐτίκαια πάρα μὲν παῖδες καθεζομένης Κρονίωντος. γυρούετε αὐθρώπων μίκην τόσον, ὅφελός τοισι μάκρος ἀλεθαλίας βασιλίων, οἵ λυγρὰ νοσῦν τες

ἄλλη πράξιν διατίθετε μίκας, συφλιῶς γνέποντες. ταῦτα φυλακούμενοι βασιλεῖς θεῶντες μύθας
i Διωρο.

230 IN HESIODVM
μωροφάγοις, σκολιῶν ἐπίκῶψι πάγχυ λέσ-
θεδαι. (χωρ.

οἱ αὐτῷ θανάτῳ τύχει αὐτός, ἀλλα θανάτον
ἡ δὲ θανάτη βαλλεῖται βαλεύεται θανάτη.
πάγχας οὐδὲν μίσος ὄφθαλμος, πάγχας νούσος,
καὶ τὸ τάδε αὐτὸν θέλεισθε λέγετε, δολές
λάθε,

οἷς μὲν καὶ τύποις δίκαιοις γένος ἐδρύσε-
νται μὲν γὰρ μάτιον αὐτοῖς γένος αὐθεόπιστος δίκαιος
ἔτισι, μάτιον γένος ἐπεὶ θανάτου, αὐδρα δί-
καιοι

ἐμμένει, εἰ μέλισθε δίκαιοις αὐθεόπιστος ἐγενέσθη.
ἀλλα τάχις πάντα ἔστηται τελέη μίσος τοῦ πονη-
τέρουνος.

O gubernatores, uos etiam ipſi perpendite
Hanc iusticiā. nā propē inter homines uersantes
Dij obſeruant, qui iniuiis iudicijs (tes
Seſe atterunt, non curantes diuinum intuitum.
Nam infiniti ſunt ſupra terram feracem.

Dij, à Ioue ordinati custodes hominum,
Qui obſeruant iura et iniurias,
Induti aere, paſſim obambulantes ſupra terram.

Ipsa uero Iuſticia eſt uirgo, Ioue genita,
Honestas et reverenda etiam Dijs cœlicolis.

Et ſanè cum quis ipsam laedit proterue,

Scatim

Sic in apud Iouem patrem assidens
 Exportat hominum mentem iniquam, ut luat
 Populus iniquitates gubernatorum, qui peruersis
 Alio deflectunt iura, iniusta statuentes. (cōsilijs
 Heretūs fōderatione, gubernatores auari dirigite
 sententias,
 Et omnino obliuiscimini iniquorum iudiciorum.
 Sibi ipsi mala struit uir, alij mala struens.
 Consiliū uero malū ipsi consulti pessima res est.
 Iouis oculus omnia cernens & omnia obseruans,
 Hæc etiam si uult intuetur: neq; ipsum latet,
 Qualem iusticiam hæc ciuitas amplectitur.
 Alijs neq; ego inter homines iustus uelum esse,
 Neq; meum filium: quia malum esset iustum esse,
 Si iniustus esset consequiturus maiorem iusticiā.
 Sed hoc confido Iouem fulminatorem nunquam
 effecturum.

S X O A I O N:

Hactenus in hoc loco, in genere omnes ho-
 mines & cohortatus est ad iusticiam, ut rectā,
 salutarem, & Deo gratam, & fōelicem uitæ ra-
 tionem in omnes partes: & dehortatus est ab
 iniusticia, ut undequaq; peruersa, uiciosa, tri-
 sti, Deo abominabili, & misera uitæ via. Hic pe-
 culiarem instituit admonitionem pro guber-
 natoribus & personis publicis: ad quas etiam
 i 2 in pri-

in primis pertinet, ut iusticiæ cura & defensio, ita iniusticiæ detestatio & expulsio. Ideo etiam ad eos utitur argumentis selectis, pro iusticia quidem uigilantius & sanctius colenda & defendenda in suo munere: omni autem ~~zlw~~
~~zlw~~ & iniquitate sollicitius uitanda, & dicit ~~G~~ gubernatores, uos etiam ipsi, quamlibet peccatis uosmet ipsos sapientes, & dediti sollicitudini & prudentiæ, & cognoscendæ & promouendæ iusticiæ: tamen etiam ex mea admonitione considerate & perpendite ~~zlw~~
~~zlw~~, hanc Dei uigilantiam & seueritatem, in punienda tam grauiter & priuatim & publicè iusticiæ violatione. *iyv 38.*] Nam nulla iusticiæ violatio ipsum latere potest. quia primum, ipse habet passim subornatos inter homines, multis deos, qui obseruant omnes qui depravatione & contorsione iuris ad iniuitatem, se inuicem circuueniunt, uexant, atterunt & affligunt secure, sine metu Dei, & eius inspectionis & animaduersionis obseruantia.

zpis 38.] Quot autem sunt illi custodes à Deo subornati, ad obseruandos homines? Sunt eorum tres myriades, hoc est, innumerabiles, ita ut nullus locus uacet ipsorum obseruationes sed ubique, & omnia hominum negotia, tam ista quam iniusta, sedulo & sine omni ~~zlw~~ attendunt. Non autem ideo nō sunt, quia non conspiciuntur, nam sunt aere inclusi, ut conspici non possint: aut, ut dixi, sunt aeris & spiritu-

spirituales, & ideo passim uersantes, & nusquam hominum oculis conspicui.

id est ueritatem.] Deinde ipsa Iusticia est ex Deo genita, uirgo casta, pudica, sacrosancta & inviolabilis, quae etiam Dijs ipsis est honesta & ueneranda: ac proinde non potest ullam humanam sui uiolationem pati. sed statim cum quis ipsam lœdat & uiolet, *πονεῖς* inique & peruerse *κατάστημα*, *παρέγγειλεν θυτικήν*, callide extenuando & paruifaciendo, quasi ipse sua calliditate & malicia plus queat efficere: tum ipsa ex tali contemptu sui offensa, statim accurrit ad supremum Deum, & ei assidens, commemorat & declarat hominum mentē iniustam: & petit, ut etiam populus puniatur ob delicta gubernatorum, qui pro animorum suorum prauitate & iniuitate iura alio detorqueant, iudicij & sententijs atq; arbitrij peruersis. **Qua consideratione hoc etiam ab Horatio est dictum,**

*Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Nec defunt sententię sacræ Scripturę, quæ hoc idē afferant, & tradant fieri iusto Dei iudicio.*

τῶν προνομίου.] Post ista argumenta adducta, ut admodum grauia, alloquitur gubernatores, & eos monet, ut diligenter considerent & obseruent, hanc tantam & Dei uigilantem seueritatem, & iusticię sacrosanctę seriam apud eum accusationem, pro punienda rigide quam sui uiolatione: & inde iusticiā quidem

i 3 religiose

religiose colant, & omnia secundum ipsam statuant: à sententijs autem & iudicijs atq; consilijs & conatibus iniusticiæ peruersis omnino abstineant. Ad quam alteram partem, quæ est dehortationis ab iniusticia, subiungit plura & peculiaria argumēta, duo præcipue: quorum primum est, quia mala consilia & consilii mali, in caput & perniciem autoris recidant, & ei maximè tandem noceant: alterum est, quia prorsus nihil possit fieri clam Deo.

οἰ αὐτῷ.] Pia admodum & grauis sententia, consentiens cum his sacræ Scripturæ: Incidit in laqueos quos fecit: & Incidit in foueam quam fecit.

καὶ νῦν τάχ.] Alterum argumentum, de prudenter & animaduersione diuina, declarat exemplo à sua ciuitate petito: in quo oblique & modeste iniiciendo suis ciuibus metum inspectionis diuinæ, eos monet de maiori studio & amore iusticiæ.

νῦν δὲ τίχω.] Est hoc tertium argumentum, & ipsum perquam graue, petitū à rei indignitate, atque adeò ab absurdo & πλημμελέστι: quod magnū esset sequuturum, si iniusti non punirentur diuinitus, & ita meliori loco essent quam iusti. Quia hoc & esset futurū contra iusticiam & sapientiam Dei: & effecturum, ut neque ipse, neq; suus filius, aut ullus alias pius & iustus, porrò uellet
esse talis.

διαβολός.

Ἐπειδὴ σὺν τῷ θεῷ μετὰ φρεσὶ Βαέλλεο
σῆσαι,

(παρ.

ἴγε νῦν δίκαιος ἐπάκτε, βίης δὲ πιλήθεο πάμ-
πόντες τὸν αὐθεόποιον νόμον διέταξε λεγονόντων,
ἔχθυσι μὲν καὶ θηροῖς καὶ αἰωνοῖς τε τελευοῖς,
ἔλειψεν ἀλλάζει, ἐπεὶ τὸ δίκαιον δέσμον ἐπ' αὐτοῖς.
αὐθεόποιος δὲ ἔδωκε δίκαιον, καὶ πολλόν αρίστη
γένεται γαρ οὗτος καὶ θελεῖ τὸ δίκαιον ἀγορεύειν
γενάσκων, τοῦτο μὲν τὸ ὄλβον διδοῖ διεργόπον
τελεύτης,

ὅς δὲ πεμψαρτυρίσιμον ἐκάλυψε πίστορον ὅμοσας
πλεύσει, γνώσας δίκαιον βλάψας νίκεσεν αὐτὸν,
τῷ δὲ τὸν αὐτοροτόρον γνωνή μετόπολει λέλη
πῆσαι,

αὐτῷ δέος δὲ διέργειν γέρει μετόπολην αὐμάνων.

O Persa, tu ista sepone in animum tuum,
Et attende ad iusticiam, iniusticie autem omnino
obliniscaris.

Nam Iupiter hanc legem præfinuit hominibus.
Cæterum piscibus et feris atque animalibus uolucris
bus concessit,

Vt se deuorent iniicē, quia nō est iusticia in ipsis.
At hominibus dedit iusticiam, quæ longe optima
Est. nam si quis studet iusta facere

Consultò illi Jupiter dat opes.

*Qui uero sponte testimonijs peierando
Mētitur, ex læsa iusticia incurabiliter peccauerit,
Eius progenies deinde obscurior relinquetur,
At hominis iusti existentis postea melior.*

S X O A I O N .

Hactenus in ista sua admodū graui & prudenti, & dehortatione ab iniusticia, & cohortatione ad iusticiā, primū orationem suam direxit ad fratrem Persen, deinde cōmuniter ad omnes homines, postea peculiariter ad gubernatores & personas publicas. Hic pro subiectione reliquorum argumentorū in utrāque partem spectātium, denuò alloquitur frātrem: nimirum, ut & suam pro ipso sollicitudinem amplificet: & ostendat, quantoper e referat, atq; adeò quām sit difficile, hominem abduci à peruersa iniusticiæ uia, & ad illam reūtam, quæ est iusticiæ, perduci. & dicit: O frāter, tu uero non sis in ista persuasione, ut præferas iniusticiam, & inde sis ~~uictus~~ & ini quis, more communi superiorum & aliorum hominum: sed quæ hactenus dixi pro iusticia, contra iniusticiam, ea reconde diligenter in animum tuū, & in eo sollicitè uoluta & discute. Atq; inde te omnino cōuertas & flectas atque applies ad iusticiam: ab iniusticiā autem prorsus subducas, ita ut eius nullam unquam mentionem facias, neq; quicquam cogites

gites de ea sequenda. Ethuius admonitionis subiungit rationem, à præstantia generis humani, & ab ordinatione diuina: quia Deus ita creavit hominem, et ad hoc eum ordinavit, ut & possit & debeat uiuere secundum iusticiam: contrà autem, iniuste mordere se inuicem, laetare & confidere, hoc concesserit brutis: qui bus nullum præscriptum iusticiæ, nullā eius intelligentiam & obseruantiam dederit.

αὐτὸν διέτιον οὐκέτη οὐκέτη δίκλω.] Hoc donum diuinum, et hanc præstantiam in natura humana amplificat: Hoc (inquiens) dono, ut longè optimo & excellentissimo, uoluit Deus hominem præstare alijs animantibus: hoc uult ut etiam homo homini præstet, ad omnem suæ benignitatis fœlicitatem. Quia ipse ὑπερέπεις omnia animaduertens, cernens et percipiens, quem conspiciet ἀδιάλογα τὰ γέγονα τὰ γέγονα, cupidum, studium, mente intelligētem & cōsiderantē, ita cole iusticiā, ut eam etiā in singulis dictis obseruat, et sit omnino bonæ fidei: ei δόλον, diuitias, opes, honores, & alia omnia huius uitæ bona, pūdanter cōtribuat, ut præ omnib. alijs floreat, et sit beatus. Contrà, qui non est obseruans fidei, qui sponte ad falsum testimonium adhibet religiosam assuerationē: aut qui fraudibus, dolis, mēdacijs, falsis testificationibus, periurijs, et quibuscumq; alijs modis uiolat fidem. *ἴν αἱ δίκαιη.*] & in hoc iusticiam offendendo grauiter delinquit et peccat,

ἀνανγείρη.] Hic etiam in sua posteritate puni-
tur, ita ut eius genus sensim peritum eat, donec
omnino deleatur.

avd̄ḡis σύρης.] Contrà uero, bonus & iustus,
propter fidei obseruantiam, nō ipse solum be-
ne habet & floret: sed & omnis eius posteri-
tas, indies fit floridior & felicior.

Γιδὴ γὰς ἐθλὰς νοέωμεν δρέω μέγα τὸ πλευτέον
τῷ μὲν οὐκανθάτῃ καὶ λαθόν δέκου ἐλέσθι (οὐκ
ρηῖδίως ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δὲ ἔχειν τάξει.
Τὸ δὲ αρχεῖον οὐκέται θεοὶ πεπάροιθεν ἐθελοῦν
εἰθαίνεσσι, μακρὸς δὲ καὶ ὕρθιος οἵμος ἐπ' αὐτῷ
καὶ βρυχόντως πρῶτην επίστησις ἀκρούσθη),
ἔπιδικδίη πρότερον τάξει, χαλεπέπορτον τὸν τόπον.
Οὗτος μὲν ταναφίσος, διὸ αὖτις τάξιν τούτους
φραστάμενος, τάκηπεντακαὶ τέλος τὸν
σψαμένω.

Ἐθλὸς δὲ αὖτε κακένθη, διὸ εὖ εἰπόντι πίθητο.
Οὐδὲ μέντοι αὐτῷ νοέιν, μάτι τοις ἐλλας ακάμην
εἰν θυμῷ βάλλεται, οὐδὲ αὐτὸν ἀχρήιος αὐτῷ.
Ἐλλας σύγε καὶ τοῦτον μεμνημένος αὐτῷ φετε-
μῆς,

δρυάδες τοῦτον δίονυσον, ὅφρας σε λιμός
ἐχθαίρει· Φιλέτη δὲ στενεῖ φανος οἰκιστηρ
αὐδοῖν, βιότος δὲ τελείωμασι πελᾶσι.

λιμός

λικὸς γαρ τοι πάμπαν ἀδρυῶν σύμφορος αὐτῷ.

Τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι καὶ αὐτοῖς, ὃς καὶ ἀδρυός
ζώνη, οἰκοφύλεος οὐθόροις ἵκελες ὄρμαι,
αἵτε μελιασάων λαίμαστον πρύχτσιν ἀδρυός
ἔδοντες σοι δὲ δρυαῖς φίλοντας μέτριας οὐσμῶν,
ὅς καὶ τοιώραιος Βιότα πλήθωσι λαλιαῖ.
Ἄλλος δὲ αὐτοῖς πολύ μηλοί τοι ἀφυδοίτε,
καὶ τοῦ δρυαῖς οὐλού μηλος πολὺ φίλορος ἀθανά-

τοισιν

(γὰς.

τοισιν, οὐδὲ Βροτοῖς. μάλα γαρ τυγέτσιν ἀδρυόν
οὐδὲ μηλού μὲν δέμερον εἶδος, ἀδρυίκη δὲ τὸ οὐειδός
εἴδει καὶ δρυάζει, τάχα σε λαλώσει καὶ δρυός
πλετεῖν ταῦτα πλάτω δὲ ἀρετὴ καὶ κῦμας ὅπει-
δεῖ,

πλαίμονι δὲ οῖος ἔκατον (τὸ δρυαῖς εἰδῆς αὐτοῖς)
ἄκριν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεαίνων ἀεσίφρονος
θυμόν

εἴς δρυοῦ βέβαιος μελετῆς θέσις, ὡς σε λελαύω.
αὐτοῖς δὲ δικαίους οὐδεις οὐδεις οὐδεις οὐδεις
ζεῖ.

αὐτῶς, οὐτοὶ δέ αὐτοῖς μέγας σίνετρος, οὐδὲ οὐνίκοι:
αὐτοῖς θεοῖς αὐτοῖς θεοῖς, θεοῖς τοῖς πάθοις οὐδεις.
Præterea ego tibi, inconsiderate Persa, dico bono
no animo:

Vitium

Vitium quidē licet valdē cumulate adipisci, (tat
Et facile: quia est breuis ad id uia, & propè habi
Cæterū ante uirtutē Dij collocaunt sudorem,
Et est longa & ardua uia ad eam, (fuerit,
Et primum aspera: sed ubi ad summū peruentum
Deinde facilis existit, quamlibet alioqui difficilis.
Ille quidem est optimus, qui sibi omnia prospicat
Considerando, quæ tandem & euentu sunt futu
ra meliora,

Sed est bonus et ille, qui benè moneti obtēperat.

Qui uero neq; ipse prouidet, neq; aliū audiendo
Recondat in anūmum, ille est uir inutilis.

Sed tu nostri memor p̄cepti

Ingenue Persa, labora, ut te fames

Odio habeat: Ceres autē exulta & ueneranda
Te amet, & tuam domum uictu impletat.

Nam fames omnino comitatur se & nem uirum.

Dij & homines succensent illi qui ignauis

Viuat, proposito similis ignauis fucis,

Qui segnes apum labores absument

Vorando, at tibi sit charum labores mediocres
ritē administrare.

Vt tibi maturo fructu repleantur domicilia.

Ex laboribus homines multas oves & diuitias
consequuntur.

Et labo-

*Et laborando multo charior Dijs
 Eris, & hominibus. nam ignauum ualde oderunt.
 Labor non est opprobriosus, sed ignauia.
 Sed si laboraueris, mox ociosus te æmulabitur
 Divescet: nā diuitias uirtus & gloria comitātur.
 Deo similis fueris (usq; adeò laborare est satius)
 Si ab alienis bonis stultum animum
 Ad laborem conuerteris prospiciendo uictum, si-
 cut præcipia.*

*Pudor uero non bonus egentem occupat:
 Pudor, qui niros multum lœdit, & iuuat:
 Pudor ad inopiam facit, audacia ad opes.*

Σ X O Λ I O N.

*Poeta officium hominis pro fine uitæ com-
 modæ, constituit in iusticia & labore, siue in la-
 bore iusto, aut in industria siue actione secun-
 dum iusticiam: & uice uersa, peruersam & ui-
 ciosam uitæ uiiam, quæ est contra officium ho-
 minis, & ad uitæ difficultates & miseriam per-
 ducit homines, statuit in iniusticia & ignania.
 Haec tenus multa tradidit pro & iusticia quæcumque
 maximè amplectenda, & iniusticia omnino
 auersanda. Quo eodem modo deinceps agit
 de labore & ignauia, illo quidem quam dili-
 gentissime colendo, hac uero undequaq; fu-
 gienda. Cui loco postea subiungeret peculiaria
 præcepta, & de prosequendis, & de fugiendis
 in omnibus*

in omnibus partibus uitæ communis. Itaq; ut ex superiori loco, iusticiæ quidem laudes amplissimas cognoscere licuit, iniusticiæ autem dedecora & incommoda: ita ex hoc sequenti licebit percipere & usus fructusq; proprios laboris industriae, & opprobria atq; incōmoda ignauiae. Primū autem hic, quia contra fratris persuasionem stultam de labore, est sententiam suam explicaturus: ideo eum conciliat sibi προτίτλεα quadam, satis apta & grata. Ego (inquit) frater plura tibi tradam, & quidem bono animo & considerato, ad tuam utilitatem, ut tibi eximam illam magnam stultitiam qua occuparis: quo cognoscere possis uiam diuinitū traditam, perueniendi per laborem ad iusticiam, & omnē aliam virtutem & uitæ commoditatem. μέγαντι.] quia tu es ualde incogitans, inconsideratus & stultus: ideo ego pro mea fraterna benevolentia, quæ intelligo & scio utilia, tibi tradere debeo & cupio.

τὸν μὲν τοῦ λακότητα.] Vitium & prauitatem facile est, & quidem turmatim apprehendere & assequi: quia sunt obuia, & in promptu, nō procul petenda, & magno labore conquirenda. λακότης hic significat uitium, & malum animi internum. Suprà, ubi dixit αἴγα γε λακότητα ποτοὶ επιγυράσκουσι, usurpauit pro malo externe fortunæ aduersæ.

tradidit.] adgrediens, dariens, hanc ostendit, cumulatim;

tim, confertim & coaceruatum. Quia, ut ille dicit, semper plures mali, & omnes proniores ad mala; & ut Scriptura dicit, Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

πάντας.] His uerbis ostendit, uirtus esse obuia passim, exposita ubiq; : quæ neq; procul, neq; negocio aliquo sint conquirenda, in quo præterea sit magna proclivitas, ut nō longa assuefactione sit opus ad ipsa:

περὶ τῆς ἀρετῆς.] At uero ante uirtutem Dñs posuerunt sudorem: ea est labore suo, & illo magno, qui eliciat crebrum sudorem, paranda, idq; ex ordinatione diuina. Vnde sunt, *ἀνθεκτική κατὰ τὴν αἰρέσιν*: & ut Plato dicit, *οὐδὲ πρὸς τὴν αἴρεσιν φέρεται;* Rami uirtutis laboribus & sudoribus crescunt.

μαρτυρίς.] Longa & præceps atq; ardua, & in altum tendens uia est ad ipsam: quia una hirundo non facit uer, nec una actio uirtutem: sed opus est labore assuefactionis diuturnæ, & illius difficultas, quæ primò fit admodum aspera & aduersa atq; molesta. Quia, ut Philosophus dicit, uirtutis radices amaræ, fructus uero suauissimi. Et hoc ideo, quia uirtutis assuefactio est contra uellementes & illecebrosas appetitiones animi humani.

τέττας οὐτε.] Hoc fit & propter uim diuturnæ assuefactionis, quæ tandem omnia quamlibet ab initio difficultas & molesta, efficit faciliora & grata.

gratiora. Vnde est hoc Pythagoræ, *ταῦτα ἀρισταὶ
διά θεοὺς τοιούται σάτη*: Elige optima, consuetudo efficiet illa iucunda. Et hoc Ouidij:

Quod male' fers, assuefce , feres. —

Præcipue autem huc facit locus Aristotelis libro 2. *νόοικην*, ubi docet, hos effectus pro signo esse habendos habitus ex assuefactione partim si actiones non amplius sint difficiles & molestæ, sed faciles & iucundæ.

oītēs.] Proponit & describit tria hominum genera, quorum primum est optimum, quod per se sapit, & singula diligenter considerat & perpendit pro eventu & fine meliori. alterum non quidem ipsum per se sapit, & quæcumq[ue] considerat perpendit: sed aliorum admonitionea & consilia audit, & ijs obtemperat: quod & ipsum meretur suam laudem, & non difficulter ad bonam frugem perduci potest. tertium est, eorum qui neq[ue] ex se, neque ex aliorum instructione sapiunt, & sibi atque rebus suis consulunt: qui sunt deterrimi, & neque sibi neque alijs ad quicquam utiles. Quæ tria genera hominum ita hic exponit & depingit fratri, ut & suæ sollicitudinis in eo monendo & instruendo reddat rationem: et ei ostendat, ex quo genere hominū uelit eum esse: ut cum non sit ex primo et optimo, saltē uelit esse in secundo, non omnino uiciose: atque sibi evaneat à tertio, ut depravatissimo et miserrimo. Huius loci, ut lōge grauissimi sapientissimiq[ue],
pasim

passim boni authores faciunt mentionem, in suis disputationibus: ut Plato, Cicero, & alij: præcipue Aristoteles lib. i. *ἀδικῶν*, non procul ab initio, ubi differit de præparatione animi studis à primis annis, ad utilē præceptionem doctrinæ morum & rerum ciuilium.

προστ.] Qui hæc & alia quæ sunt de officio hominis, diligenter considerat, & sibi in omnes partes uitæ suæ prospicit, ita ut nihil temere & inconsideratè agat, sed habeat delectum rerum, & cuiuscunque rei euentum expendat, ille est optimus.

ἰδίως.] Sed & ille est bonus, & sua laude dignus, qui bene suadenti obtemperat, & ex instructione parentum, præceptorū, & aliorum intelligentium & benevolentium pergit sape re, & rebus suis melius prospicere.

τε καὶ οὐ.] Cæterūm qui neq; sibi ipse consulit & prospicit, neq; aliotum admonitionem & consilia audit, & in animum suum admittit & perpendit: ille est nullius momenti & frugis, *ἄχριστος μηδεμίων χρέας*, ad nullam intelligentiam, egestatem & necessitatem idoneus & utilis: per quem nihil, quod alicuius usus sit, expediri possit. Liuius hunc locum ita expressit alicubi: Sæpe ego audiui, milites, eum optimum esse uirum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundū, qui benè monenti obediat: qui uero nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse.

ἀλλὰ σύ.] Post discrimen traditum de tripli genere hominum, denuò alloquitur fratrem, & eum monet, ut quoniam non sit in primo genere hominum, uelit saltē esse de secundo, & quidem ex sua fraterna admonitione animum suum ab ignauia & ocio conuertere ad laborem & industriam : tum quia cognouerit hoc esse diuinæ ordinationis, ut non liceat ad uirtutem & alia bona laudabiliā peruenire, nisi per laborem : tum quia hoc deceat ipsius genus, & indolem præclaram. Adhæc, ut possit in opiam & famem à se propulsare, benignitatem uero Cereris & abundantiam frugum ad se allucere : & præterea & aliorum deorum & hominū benevolentiam sibi cōciliare: tum aut, quam plurima alia quidem mala à se amouere, bona uero attrahere.

ἀλλὰ σύ.] Singula in hoc uersu diligenter discussa uidebuntur aptè & significanter posita, pro singulari sollicitudine Poetæ erga fratrem, prudenti emendatione egentem, ad uitę rationem rectam & fœlicem. Sed tu (inquit) qui non es de primo genere hominum, nec per te sapis & consulis tibi: οὐτίς, nostræ, ut fraternæ, hoc est, beneuolæ, sollicitæ & prudentis ιρισμοῦ admonitionis, præceptionis & instructionis rectæ: μνημεῖο, memor, ut à me traditæ & præceptæ, tibi uero conuenientis, necessariæ & salutaris, aut semper, quia est ex ordinatione diuina in uniuersum &

sum & perpetua recta & salutaris, & tibi ut
priori ad ignauiam semper necessaria.

Ιησαία.] Quod est autem hoc præceptum,
& quæ hæc admonitio & instructio, tā recta,
necessaria, salutaris atq; diuina? Ut labores, ut
sunt intentus operæ & industriae.

Διονύσιος.] Ratio à persona ipsius, quia est
stirpe & indole præclara. Vel, si uis fieri & ui-
deri sorte & conditione egregius & præclarus,
quia ostensum est diuinitū traditā esse uiam
ad uirtutem, per laborem.

Διονύσιος.] Altera, uel potius tertia ratio, ab uti-
li: Ut ad te nō ausit neq; possit accedere fames,
sed potius te auersetur atq; fugiat tanquā ho-
stem suum. Contrà autem *Διονύσιον*, id est γῆ μά-
τη, terra mater, hoc est fœcunditas terræ: *αὐ-
γήσαντος*, benè exulta, exornata & locupletata,
ex cœlesti fauore φωτίσθαι, amet te, ad te accedat,
te sua benignitate inuisat. *αὐδοῖν*, & ipsa uenę
randa & reuerenda: utpote benignitas diui-
na, & eos honorandos & reuerēdos efficiens,
quos suo accessu dignet: quia eorum hor-
rea & domicilia replet omnium frugum af-
fluentia.

Διονύσιος.] A' contrario suam hanc admoni-
tionem illustrat & cōfirmat. Nam fames non
accedit ad industriū & diligentem, sed est πάχη
πόνος, πάντας καὶ οἰνοπόνος, omnino, ex omni par-
te & undiqueq; σύμφορος, συμπίκλων καὶ συνών, con-
comitans & præsens atq; assidua affecula αἴργυρος,
ποτε

ignauo & torpido. Præterea Deus & homines indignantur & sunt aduersi ei, qui in ocio iners uiuit. ὁρμὴν.] λατὲ, uoluntate & proposito similis fucis λοδόροις, furacibus & ignauis, qui non exerunt suum aculeum: uel quia cum non habent, uel quia eū ex ignauia occultant. qui ignaui & gulosi absument, quæ apes suo labore congesserunt & elaborarunt. Tales fuci passim etiam in repub. existunt, & cā perdunt: & præcipue, sicut Plato docet, in oligarchia & democratia, qui sunt τὸ τὸν ἀργῆν τοὺς
δακτευρῶν αὐτορῶν γίνοις, τὸ μὴν αὐτορεῖτατορ ὑγέμιον
νον αὐτῷ, τὸ δὲ ἡ αὐτορεῖτατορ ἐπόμηνον, οὐδὲ δὲ αὐτομοῖο
μὴν ληφθοῖς τὸς πλέοντα ἔχοις, τὸς δὲ ἀπίντησις: Genus
hominū ignauorum & sumptuosorum, quo-
rum alijs animosissimi præsunt alijs, alijs igna-
uissimi sequuntur. quos assimilamus fucis, ille-
los quidem aculeatis, hos uero aculeis desti-
tutis. τότε ταράττεται τὸν πάσῃ πολιτεᾶς ιγγυμέων,
οἷον ποδὶ σῶμα φλέγυμα τε καὶ χολὴ, ἢ δὲ καὶ δᾶ τὸν ἀγα-
δὸν οἰκέθει τοὺς νομοδίτους πόλεος, μὴ δὲ τοὺς δὲ σοφὸν μαλατ-
ταργὸν, ποδὸν δὲ τὸν λαβεῖσθαι, μάλιστα μὴν ιγγινοῦσαι.
αὐτὸν δὲ ιγγινοῦσαι, ἐπιτεινόμενον, ἐπιτεινόμενον, τούτοις λαρπίοις
ιατριμοῦσαι: Hi duo fuci turbant quamlibet rem
publicam in quam perueniunt, non aliter atq;
phlegma & bilis corpus: quos proinde oportet
præclarum medicum & legitimum gubernatorem ciuitatis, nō minus quam sapientem
apum curatorem, procul arcere & præcauere:
ante omnia quidem, ne ingenerentur: si au-
tem

tem sint generati, ut quam primum cum ipsis
fauis excindantur.

οὐδὲ οὐχια.] Redit ad laboris commendationem, & eius laudum & fructuum commemorationem, & dicit: Non ergo sit tibi cordi, sectari ocium & ignauiam: sed sit tibi curæ,

ληστήρια.] colere & exercere ritè, cōmodè & prudenter. *Ιγνασία.]* opera moderata, recta, & ad te pertinentia. Vel *μετρία*, pro *μετρίαις*, eodem sensu, prudenter, consideratè, & cū delectu & operum & industriæ in ea nauandæ. Et hoc ideo, ut tibi ex cura laborum tuorum repleantur & redundant horrea tua, fructibus tempestivis.

Ιγνασία.] tempestiui & maturi, qui fructus tibi *μετρίαις* nge*τινάξεις* laborati, proueniat copiosus tempore suo: & idē maturus atqe salubris,

Ἄριστος Ιγνασία.] Ut terræ fruges suppetunt copiosæ & tempestiuæ, atqe maturæ & salubres, illis quisedalo & rectè terram pro frugib. producendis colunt: ita & iumenta, pecora, & aliorum bonorum diuitiæ, abundè contingunt illis, qui pro ijs parandis diligenter & rectè laborat. Ita uult omnia diuinitùs dari, per suos conuenientes labores. Quò hæc uulgò dicuntur, Dij omnia uendunt laboribus: &, Deus manum admouenti adest. & ,

Dat Deus omne bonum, sed non per cornua tauri.

Καὶ τὸ ιγνασίον οὐθὲν.] Præterea laborando tibi demereberis gratiam & Dei & hominum, qui

k , igna-

150 IN HESIODVM

ignauos et ociosos ualde oderūt et detestātur.

έργον ἀτόπεδον.] Est occupatio, contra fratris & cō-
munem multorum stultam persuasionē: Nec
est quod te pudeat laboris, sed pudeat te ocij:
quia in labore nulla est turpitudo, quæ alicui
iure exprobrari & dedecori esse possit, sed in
ocio & ignauia inest.

εἰδικὴν δὲ τεχνὴν.] Ad hæc, industria tua laudabili &
fælici, eris etiam alijs utilis: quia eris admira-
tioni, exemplo & æmulationi etiam ignauis:
qui ubi uiderint te ditescentem, excitabuntur
ad imitationem tui.

πλούτῳ δὲ.] Per diuitias aut̄ consequēris uit-
tutem & gloriam, quæ duō comitantur ipsas
tanquam effectus. Per uitutem autem, aut in-
telligit opinionem & famam uitutis & hono-
ris, quæ ferè sequitur eas, ita ut uulgo diuites
habeantur pro bonis & honorandis: sicut e-
tiam sàpè status ciuiles, et functiones eorum
efflagitant, ut non solùm ægriūstis, sed etiā πλού-
τιδεύς fiat electio personarū. Id quod etiam
apud Carthaginenses fiebat, qui non malè exi-
stimabant, *ἀδιάνατον τὸν ἀπορουντα λαὸν εἴχαντες*
συνάλλαγμα. Aut intelligit uerè uitutē et laudem
sive gloriam, quia loquitur de diuitijs iustè et
sua industria & prudentia partis, quæ posse-
forum uitutem ualde cōmendant, & eos lau-
dabiles et honorandos efficiunt. De hoc loco
facit etiam Plutarchus in libello, De utiliter
legendis Poetis, quandam mentionem non
ociosam,

ocioſam, neque ineruditam.

Adipisci.] Occurrit obiectioni de paupertate, in qua mala persuasione frater eius erat, ut putaret pauperes nō ita facile posse rebus suis consulere & prospicere labore suo. Ipse contra dicit: Qualicunq; fueris fortuna, siue eam habueris secundam, siue aduersam: & hinc, in quantum tu q; fueris inopia, semper tibi utilius & consolans erit laborare, ita ut ego tibi præcipio & prescribo, ut animo tuo stulto à cupiditate iniusta alienorum bonorum conuerso, & applicato ad acquisitionem bonorum utilium per tuam industriam & laborem tuum, secundum mea præcepta, rerum tuarum cuſam habeas.

Stupor.] Vocat stultum & elatum, atque seductum prauis persuasionibus: uel ἀπὸ τῶν αἰτίων, extollo & erigo: uel ἀπὸ τῆς ἀσθετικῆς, quod significat corrumpere & laedere. Quod utrumque conuenit stultis & uiciōsis, qui & corruptas depravatasq;, & illas elatas & securas ratiocinationes habent.

Avidus.] Occurrit etiam obiectioni de pudore & uerecundia, quia fratrem pudebat laborare. Quo uicioſo pudore multi ſæperes suas impediunt, & negligunt multas commoditates. Ipſe autem dicit, iſtum pudorem non esse bonum & probandum, qui occupet & teneat atque removere ut egentem, quo ipſe negligat occaſiones rebus suis proſpiciēdi. Eſt hic uero-

sus etiam apud Homerum, *Odysseia*, 9, ubi Telemachius iubet subulcum, Vlyssi mendico dare panem & carnes, & iubere ut etiam à processis quid petat, nec id facere erubescat. Et pauclo post ipsa Penelope miratur eius uerecundiam, & dicit, *Uxoris d' auditis aëris*, Mendicus uerecundus non est sibi bonus & utilis.

αἰδὼς, ἢ τὸ αὐτὸν.] Est repetitio : Pudor inquam, qui hominibus multum & obest & profest. Docet, pudorem esse distinguendum, & non omnem probandum : quia sit qui improbari debeat, sit etiam qui probari possit. In pauperie & egente nō probat pudore laboris & industriae, qui neque est rectus, quia non est rei turpis, cuius tantum esse debet : neque utilis, quia impedit egentem in audendo & conando pro egestate amouenda. In diuite & locuplete eum probauerit hac ratione, quia si habeat unde feriari à laboribus possit : & quia ijs multum occupatus, in suspicionem auaricie incidere queat. Alioqui nō probarit, quia labor est res honesta, cuius neminem pudere debet : pudet tamen huius multos, sed uitio morum, & opinionum errore. Quem pudorem hic in fratre improbat Poeta, & inutilem esse dicit. Contrà autem illum probat, & sentit ualde prodesse, quo sani & recte iudicantes auersantur turpia ex metu dedecoris & iustæ reprehensionis : qui definitur esse dolor siue perturbatio animi, de ijs quæ dedecus uideantur

tur inferre: qui pudor constat & regitur ratione recta. Hic autem inutilis non constat & regitur ratione recta, neque est ob turpia, sed honesta, quæ errore & prauitate animi uidetur turpia, cum nō sint. Itaq; hic pudor differt etiam à duxitæ nonnihil, quæ est immodicæ crudelitatem, cū hic sit peruersæ & malitiosæ.

πρὸς αἰνῆσιν.] Diserte ostendit, quem improbet pudorem: illum nempe qui sit torpidorum, inertium & timidorum: qui seducti opinionibus & ratiocinationib. suis, fugiant labores, aut ut turpes, aut ut molestos & difficiles: qui proinde nullas consequuntur opes. Contrà autem, qui sunt ἀρρενίοι, qui habeant animos erectos, alacres & audentes, qui strenue adoriantur labores, & eos urgeant ad accumulationem opum suarū. Ita ergo monet, in proposito & studio acquirendi per labore, deponendum esse uiciosum, seruilem & abiectionem pudorem: deponendam timiditatem, torpiditatem & diffidentiam, erigendum autem animum esse rectis & sanis persuasionib. ad audiendum in consilijs, conatibus & laboribus utilibus. De quibus duabus animi affectionibus, una uitiosa, altera laudabili & recta, est ferè illa Horatij epistola ad Sceuam, ubi tandem inter alia dicit:

Sedit, qui timuit ne non succederet: esto.
Quid? qui peruenit, fecit ne uiriliter? atqui
Hic est, aut nusquam, quod quærimus; hic onus horret,

Vt paruis animis & paruo corpore maius:
Hic subit, & perfert. aut uirtus nomen inane est,
Aut decus, & precium recte petit experiens uir.

**Χρίστας οὐ δέχ' αἴρεται τὸν θεόσθια πολλόν
αἰμάνω.**

εἰ γαρ τις κύ χερσὶ Βίη μέγαν ἐλέου ἔλκται,
πῶσ' ἀπὸ γλώσσης λαζατεῖται, οἵτε τε πολλὰς
γίνεται, εὐτὸν αὖτε οὐκὶ λέρος νόοι προσπειτάσσει
αὐθεόπωρ, αὐδῆσσιν δὲ τὸν αὐδήν κατοπάζει,
ρεῖται τέ μη μαρτσαθεοί, μινύθοι δὲ οἵτε
αὐδρί θεοί, ταῦροι δὲ τὸν χρόνον ἐλέος ἀ-
πηδεῖ.

Ἴθυ οὐδὲ θεοὶ οὐκέτινοι, οὓς τε φενοῦ κακὸν δρέπε,
οὓς τε πασιγνήτοιο ἐσαντὸς δέμενισε Βάινε,
κρυπταδίκης δινῆς ἀλόχος προσκαίσεις ρέζων,
οὓς τε τεῦ ἀφραδίκης ἀλιτάνεται ὄρφανά τε.

κνα,

οὓς τε γονῆς γέροντας λακῶ ὑπὸ γέροντος διδοῖ
τεκέιν, χαλεποῖσι παθεπτόμενος ἐπέεισι, πο-
τῷ δὴ τοι τεῦς αὐτὸς ἀγαίεται· οὐδὲ τελευτῇ
δρύων αὐτὸς ἀδίκων χαλεπῶν ἐπειδικην α-
μοιβεῖ.

(Θυμός.

ἀλλὰ σὺ δέ μη τάμπερε ἔργη ἀετίφεον
Opes non abreptae, sed diuinitus datæ, longè me-
liores.

Nam

Nā etiā si q̄s manib. per uim magnas opes cōsequa
 Sive ille lingua deprædetur, qualia multa (tur,
 Fiunt, postquām quæstus seduxerit mentem
 Hominum, & pudorem impudentia persequitur:
 Illum facile Dij obscurant, & res pereunt
 Viro illi, & breui tempore opes adsunt.
 Sic & qui supplicem & hospitem malè tractat,
 Et qui frātris suī conscendit lectum,
 Illegitima patrās per cōcubitū clādestinū uxoris,
 Et qui malevolentia alicuius defraudat orbos libe
 Et qui patrē senē in misero limine senectæ, (ros,
 Carpit, molestis ipsum mordens uerbis:
 Isti quidem Jupiter ipse indignatur, & tandem
 Pro factis iniustis difficultē imponit retributionē.
 Proinde tu ab istis omnino inhibe animū stultū.

Σ X O Λ I O N .

Hæc cohærent cum præcedentibus, & hinc
 deinceps (postquām satis commendauit labo
 rem, & ad eūm cohortatus est fratrem suum,
 & alios ab eo alieniores) præcepta tradit de eo
 recte & utiliter usurpando in præcipuis uitæ
 partibus. Et quia dixit, in proposito & studio
 acquirendi per laborem, deponendū esse pu
 dorem inutilem, & non idoneum ad res ag
 grediendas, & assūendum dāpos audaciam
 & alacritatē: hic describit & determinat hanc
 audaciam,

audaciam, & non uult eam esse iniustam, ut
violentam & callidam, & ex quocunque uitio
impudentem: sed uult esse iustum, bonę fidei,
integram & honestam. Nam, inquit, χρήματα δὲ
ἀγνακτὰ, id est, res non abruptae sint, uel res
non abruptae alijs inuitis, sed iuste partae &
uolentibus alijs, quae sunt diuina ratione ac-
quisitae, sunt longè meliores: uel, prosequaris
res non iniuste & contra aliorum uoluntatem
partas, sed illas quae diuinitus dantur, & quae
parantur per iusticiam diuinitus datam, ut re-
ctam rationem ad acquirendum, que res sunt
longè meliores & fœliciores. Per αγνακτὰ
intelligit acquisitionem iniustam & inuolu-
tariam, quae fit inuitis illis, quibus per eam
quid detrahatur. Quam declarat & ostendit
posse fieri uia dupli, uel per uim, uel per frau-
des & dolos ex auaritia & πλευρῃ, aut impu-
dentia cuiuscunq; cupiditatis. quam iniustam
acquisitionem ostendit esse euentu tristem, mi-
seram, infœlicem, & omnino calamitosam:
quam persequatur indignatio diuina, usque
ad euersionē & ruinā integrarū familiarum.

μίγαν ὄλθων.] Est αἰθυποφορὰ. Concedit, posse
aliquem diuitias, & illas quidem magnas, pa-
rare iniuste, aut per uim, quam manibus uel
aperte uel clam exerceat: aut per fraudes, do-
los & uarias circuventiones, quae ore & lin-
gua usurpentur. Et talem quidem acquisitionem
esse crebram & usitatā: eamq; proficiſci
aut

aut ex auaritia hominum, aut ex impudentia & neglectione honestatis. Sed eos qui eam exercitant, diuinitus puniri, ita ut ipsi obscurantur, familiæ eorum pessum eant, & opes eorum non diu permaneant.

cis.] qualia, uel qualiter, sicut, et quemadmodum ~~wonā~~ multa fiunt, uel multū & ceterò fit.

iv^r. ad.] Causas huiusmodi iniustæ acquisitionis ostendit in uitij hominum, in auaritia et alijs cupiditatibus uiciosis, quæ animū hominum seducunt, excæcant & peruertunt.

līgosos.] lucrum & quæstus, hoc est auaritia. siue ~~μανια~~, quæ, est cupiditas immodica lucri & quæstus: quæ, dici non potest quantum uim habeat, animum humanum depravandi, seducendi & excæcandi.

λατοπάθη.] persequitur, fugat & expellit impudentia pudorem, & studium atq; curam honestatis: & ipsam impudentiam & honestatis neglectionem inducit in animum hominum, auaritia. Sicut etiam hoc idem efficiūt omnes alij cupiditates prauæ, quæ animos hominū ita deprauant, ut præteritis honestis & utilibus, turpia et noxia sine rubore prosequantur. Sed quid fit, ita prauis cupiditatibus ad iniustam acquisitionē peruerso? Di^j μαργῆσιν, obscurant eum, & deturbant de honore, dignitate & fama: aut etiam omnino delent, et ex me dio tollunt: & præterea efficiunt, ut familia ipsius

ipsius pessum eat, & corruat atq; extinguatur;
& hoc citò fiat, ut non possit diu frui opibus
iniuste partis. Vnde sunt hæc : Malè partum,
malè disperit : &

De male' quæsitis non gaudet tertius hæres.

Ioseph.] Persequitur reliqua opera, quæ sunt
praui pudoris, & audaciæ turpis, contra iusti-
ciam: quæ non sunt agenda, quia sunt contra
iusticiam & rectam rationem uitæ. Quæ pro-
inde diuinitùs puniuntur, & admodum graui-
ter & seuerè. Similiter (inquit) ut iam dictum
est de iniusta acquisitione per vim aut fra-
udes, peccat & punitur ille, qui uiolat & lædit
supplicem : quem implorantem auxilium &
opem, antiquitus nefas erat non solum læde-
re, sed & ope priuare.

os ri.] Et qui hospitem lædit, similiter delin-
quit & punitur. Apud priscos erat magnum
& sacrosanctum ius hospitiij, cuius violatio
habebatur pro atroci scelere.

ληψαται γε πίστην.] scilicet dia, per uel propter, quia
conscendit lectū fratris propter concubitum
clandestinum cum uxore eius.

ωραναιγια πίστην.] In quo illegitimè & nefa-
tiè agit : quia agit id quod est omnino con-
trarium honestati, rectitudini & decoro.

τα.] pro τα. Sunt hæc etiam grauia & atro-
cia delicta, uiolare & defraudare pupillos &
orbos : & parentes iam in limite & termino
misero & tristi senectutis constitutos, corri-
perc-

pere & incessere uerbis durioribus & acer-
bioribus.

καθαπτόμενος.] Vsurpatur hoc uerbū in bo-
nan & malam partem : sed in hanc crebrius.
Et significat *καθάπτω*, grauius, durius & indi-
gnans inuadere, adoriri, aggredi & incessere.

τῷ ί.] Hæc hactenus exposita delicta om-
nia, ostendit nō solū esse grauia & iniusta, sed
& cōtra Deū, quæ ipse puniat. Nam τῷ, illi qui
aliquid horum patret, Jupiter ipse *κυρίτης*, ri-
muτης, indignatur & inuidet impunitatem & li-
centiam : nec uult eum permanere, & relin-
quere ei impunitum. Et ideo, ut maximè sta-
tim eam non usurpet, is ἡ τιλστῶς tandem ta-
men infert & immittit difficultem & grauē pœ-
nam & retributionem pro factis iniustis.

αὐτὸς.] Dehortatur fratrem ab istis delictis,
quaz offensa sunt omnino iniusta & cōtra De-
um, & quaz nulli unquam abeant impunè, sed
tandem grauissimè puniantur. Et ideo uult,
ut longissimè ab illis arceat & abducat animū
suum : nec unquam ita sit stultus & inconsi-
deratus, ut aliquid eorum committat.

κατίδιμώσαις εἰ γέροντας ἵερον αὐθαίρετον θε-
οῖσιν

(εγ.

ἔγνως οὐ καθαρῶς, ὅτι δὲ σύλλαβε μηρίακαι
ἄλλοτε δὴ πανδῆσι βυένεσι τε ἐλάσκεσθ,
ἢ μὴ ὅτε οὐνάζει, καὶ ὅταν φάσος ἴερομ ἔλθῃ
φέσκει

ως κέ τοι Ἰλαρομ πραδίλω μὴ θυμὸν ἔχωσιν,
ὅφελλων ὠντος κληρον, μὴ τὸν πτὸν ἔλλος.

Pro uirili offeras sacra Diis

Sancte et pure, et splendida femora comburas.

Interdum libationibus et suffitibus places :

Et cum petieris lectum, et cū lux sacra redierit :

Vt tibi propitium cor et animum retineant :

Vtq; tu aliorum fortem emas, et non alius tuam.

Σ Χ Ο Λ Ι Ο Ν.

Pergit in præceptis iusticiæ & laboris, & ea coniunctim tradit: in quo commemorat præcipua opera & officia, quæ in recta & fœlici uitæ & rerum suarum administratione sunt diligenter colenda. Atque hic primùm Dei diligentissimum cultum præcipit, quém uult pro uirili præstari castè et pure, et quotidie atque omni genere religionis receptæ, pro successu ex ipsius benignitate.

λαθάναμιν.] pro λατὰ, pro uirili, & in quantum potes.

Ἴρδην.] Vide et da operam ut facias, et offeras sacra ἀγρῶς, castè & sincerè, quo ad animū: λαδαρῶς, pure, quo ad corpus : id est, colas Deū puritate animi & corporis: hoc est, cū magna præparatione, sollicitudine et sanctitate.

ῳδὶ στραταὰ.] Modos tum præcipuos cultus diuini et externi subiungit. primus erat solennis & sumptuosus, quo sacra uictimarum & hostiarum

hostiarum offerebantur, & præcipue coxa si-
ue femora pinguedine obducta & cooperta
cremabantur: quo nidore prisci putabant De-
um in primis affici & oblectari.

ἀλλακτ.] splendida & lauta, ut nullis parca-
tur sumptibus.

επιστάσιον.] Hic erat alter modus cultus, & il-
le quotidianus, per libationes in conuiujs &
compotationibus. Tertius erat suffituum
& suffumigationū per thus & alia aromata,
quo in solennibus & quotidianis cultibus u-
sebantur.

ἐπ' ἡμέρῃ.] Tempora idonea prescribit, ma-
tutinum & uesterinum, quibus etiā assidui-
tatem præcipit.

Ἄλλη.] Causas finales religionis & cultus
subiungit duas præcipuas, benignitatem diui-
nam, & successum in consilijs & conatibus iu-
stæ & strenuae acquisitionis. In quo ostendit
& numen esse, & eius prudentia administrari
omnia: nec quæquam sine eius benignitate &
prosperitate bene posse rebus suis consulere:
nec illud fieri benignum & propitium, nisi iu-
stis & pijs ob religionem rectam & solicitam.

*τὸν Θελεόντα πίστι μάλιστα καλέμ, τὸ δὲ εχθρόν
ἔσται.*

*τὸν δὲ μάλιστα καλέμ, ὅσις στέγην ἐγγυθεὶ ναιδ.
ἀγαρέ πάντα χεῖμα ἐγχώρειον ἄλλο γέμπται,*
γέπται

γέντονδε ἀλωδοις ἔχιοι, λώσαντο δὲ τηνός.
ταῦτα κακὸς γέντων, οἵσοι τ' ἀγαθὸς μέγε
ὄνται.

ἴμμορέ τοι τίμης, ὃς τ' ἔμμορε γέντονος ἐσθλός.
τὸν δὲ αὐτὸν βόσαν ἀπόλειτε μὴ γέντων λακός τοι,
εὖ μὲν μεῖζονδι πρᾶξα γέντονος, εὖ δὲ ἀρρενεῖ
αὐτῷ τοι, μέτρων, καὶ λάβειον, αἴπει μάνην
ῶς αὐτὸν λησθεῖτε, καὶ τοὺς ὑστεροὺς αἴκιον εὑρεῖτε.
μὴ λακάς λερδαίνετε, λακὰς λερδαῖσταίστε τοι
σιμ.

Τοῦ Θελέοντα φιλέτην, καὶ τῷ περιστόντι περιστῆναι,
τὸν μὲν δύνατον τοῦτον, καὶ μὴ μὲν δύνατον μὴ δῶ.
δῶτη μὲν τοῦτον ἔδωκεν, ἀδῶτη μὲν τοῦτον ἔδωκεν.
δῶς ἀγαθὴν, ἀρραγέτην λακὴν, θαυμάσιαν δέ τις
μὲν γαρέκην αὐτῷ ἐβέλων, οὐτε ταῦτα μέγε
δῶι,

χαίρεται τῷ δῶρῳ, καὶ τοῦτον δὲ μηδὲ θυμόν.
ὅς δὲ καὶ αὐτὸς ἐλπίζει, αὐτοὶ δέ τοι περιστῆσες,
λαέ τε σμικρόν ἐστι, τὸ τε ἐπάχυνωσε Θίλοις
τορ.

εἰ γαρέκην καὶ σμικρόν ὑδὲ σμικρὸν καταθέσαι,
καὶ θαυμάτων διθύρας ἐρεδεις, τάχα καὶ μέγα καὶ τοῦ
γένοιστο. (καὶ
ὅς δὲ τὸ περιεποτήριον φέρει, οὐδὲν ἀλύξει) αἴθοτε πέρι
δομὲ τούτου τοῦτον κατακέμπειον αὐτοῖς καὶ τοῖς

εἰσι θέλησθοι εἴναι, ἐπεὶ τὸν αὐτόν τον θύραφτον.
ἴδιον μὲν πρεσβύτερος ἔλεος, τῷνα δὲ θυμῷ
χειρὶς εἰπεῖν τοντος, καὶ σε φράζειν τὸν ωγα.

*An amantem voca ad coniunctionem, inimicum omittit:
Ullum voca in primis, qui proxime habitat.*

*Nā si quod etiā aliud negotiū popolare inciderit,
Vicini accūtunt incincti, propinqui cinguntur.
Vicinus malus tantum est malum, quam magnū
bonum est bonus,*

*Nactus est honorem, qui nactus est bonū vicinū.
Neq; perierit hcs, nisi assit vicinus malus:*

*Accuratē mensurata accipe à vicino, & restitue
accuratē*

*Eadem mensura, aut etiam meliore, si potes:
Ut indigens etiā in posterū sufficiētē nāciscaris.*

*Ne secteris lucra mala, quae sunt damnis similia.
An amantem, & accede ad accendentem:*

*Et danti, & non da non danti.
Datori quis dederit, non datori nullus dederit.*

*Largitio bona, rapina mala, & mortis suppedita-
trix.*

*Nam qui spontē dat, ille etiam si multum dederit,
Gaudet re data, & delectatur in animo suo.*

*Qui uero impudentia fretus, ipse acceperit:
Ullud quamlibet pusillum, urit animum charum.*

Quòd si parum addideris paruo,
 Et sic crebro feceris, mox & illud fiet magnum.
 Qui ita cumulat res suas, ille evitabit nigrā famē:
 Nec quod est repositum domi, virum turbat.
 Domi habere satius est: quia incōmodum, quod
 est foris.
 Bonū est accipere de præsenti: at animo molestū
 Egere re absente. quæ te uolo considerare.

Σ X O Λ I O N.

Hactenus ostendit, primū laborandū esse,
 & strenuè atq; sine torpiditate: deinde iustè,
 absque omni iniusticia: postea, ut ille strenuus
 & iustus labor possit esse fœlix, docuit esse in-
 uocandum & colendum numen sedulō, pro
 successu fœlici laboris iusti & strenui. Hic iam
 monet, conciliandam esse benevolentiam &
 opem aliorum etiam hominum: & qua id ra-
 tione recta & probabili fieri debeat, docet:
 tum uero alia præcepta tradit eodem spectan-
 tia, ad iustum, rectam & fœlicem rerum cumu-
 lationem, administrationē & cōseruationem.

τὸν φιλέστρα.] Amici parandi ueri & integri,
qui sciant & soleant amare: qui sint φιλύτες,
hoc est, qui soleant præstare φιλία, affectiones
& officia amicitiæ. & tales sunt in uitationib.
*& id genus alijs officijs conciliandi & retinen-
 di. Cæterū inimici & alieni ab officijs ami-
 citiæ, qui nō sciant declarare benevolentiam,*
sunt

sunt omittendi & prætereundi : & ad nullam familiaritatem ascendi. Inter omnes autem amicos sunt in primis inuitandi , & alijs officijs demerendi uicini , qui proxime habitant : & hoc quidem & propter quotidianas necessitates , & propter difficultates improuisas & publicas.

ενθ.] Hoc est intelligendum de difficultatibus insuetis & improuisis . Nam , inquit , si quod etiā aliud negociū graius & difficilius , subito & improviso undecunq; incidat , uicini statim accurrunt , & sunt præstò sine omni mora : non differunt , nō morantur & cessant donec se induant & cingant , sed nudi & discincti aduolant . In quo ostendit illorum maximam promptitudinem & alacritatem ad opitulandum , quia omnino ἀπρόστιγος assunt .

ἴσωσι.] At uero affines , aut etiam propinqui , induunt & cingūt se prius : hoc est , preten dunt alia negotia , & sāpē leuia , ut non statim accurrant , sed tarde & cum mora adueniunt . Quod respiciens Salomon Proverbiorum 27 , uicinum fratri etiam præfert , dicens : Melius est uicinus iuxta , quam frater procul .

τύμα.] Deinde quotidie uicini plurimum & prodesse & obesse possunt . In tantum posset uicinus malus nocere & obesse , in quantum solet bonus prodesse & iuuare . In duo tempore autem præcipue solet bonus amicus pluri mūm esse utilis : In fama defendenda , & in in-

commodis prohibendis. Ergo cui utriusq; hu-
iis est cura , ille sibi caueat à uicino malo , aut
certè maleuolo : & ideo eius maleuolentiā offi-
cijs, quibus potest, traducat ad beneuolentiā.

οὐρανὸς τὸν ἀγελάδην.] Hoc dicit: Omnino multum
refert qualem habeas uicinum, malum ne an
bonum, & maleuolum ne an beneuolū. Quia
tūc opere poterit tibi nocere male aduersus te
affectus, quantum proderit tibi benē erga te
affectus. Nam si habueris bonum & beneuo-
lum uicinum , etiam fama tua erit salua & in-
columis : sin autem habueris malum & male-
uolum, tum etiam bos tuus non erit tutus. Il-
le, & nominis & possessionis uicini sui curam
habet : hic, utriq; rei infidatur & incōmodat.
Vnde non sine causa ille prædium suum uena-
le inde etiam uoluit commēdari, & preciosius
existimari, quia haberet bonum uicinum .
Per *τιμὴν*, intelligit Poeta famam, existimatio-
nem, honorem & dignitatem, & quæcunque
sunt honestatis : quæ sentit per uicinum bene-
uolum & bonum non solū defendi, sed etiam
extolli & cumulari. Per bouem intelligit iu-
menta, pecora , & alias res domesticæ posse-
fitionis, quas innuit per uicinum malum & ma-
leuolum non solum non iuuari, sed & lēdi &
imminui. De uicinorum amore & ueneratio-
ne, est etiam apud Herodotum lib. i. locus hac
faciens, ubi de Persarum moribus loquens di-
cit: *τιμῆσι διὰ τὸν πόλεμον τὸν ἄγχιστα ιωνῶν σκύταλα μετέβαλεν*

τάχιαντες· διούτροπα ἂ, τὰς διυτρόπους· μητὰ ἂ, λατὰ λέοντος προβάνεντος τιμῶσι. ὑπειγα ἂ τὸν ικάσων οἰκημάτιον οὐ μηδὲ γεννατεῖ. Post se quidem in primis in precio habet uiciniissimos, deinde proximos, & sic ordine suo procedendo honorant alios. Exterum qui longissime distant habitando, eos minimè in aliquo habent honore.

εἰ τὸν μηδένα.] In alijs etiā officijs & cōmunicationibꝫ, cautē, iuste & liberaliter cū uicinis agendū, & p̄cipue in cōmodato: quando res quę datur accōmodato, est accurate & accipiēda mensurata, & eadē mensura aut etiam maiore restituenda, si facultates ferant. Et hoc indeo, ut haec gratitudine excitentur uicini, & efficiantur paratiōres & promptiores ad quamlibet etiā aliā egestatē in posterū subleuādam. Istius loci meminit Cicero in primo Officiorū his verbis: Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quædam cura adhibenda est. Nullū enim officium referendā gratia magis n̄cessarium est. Quòd si ea quæ acceperis utenda, maiore mensura, si modo poscas, iubet reddere Hesiodus: quid nam beneficio prouocati facere debemus? An non immixtū agros fertiles, qui multo plus adferūt, quām acceperunt. Et in Bruto, siue de Clariis oratoribus: Admonuit arāte ipso sumerem aliquid, ad me reficiendum, tecq; remunerandum, si nō pari, at grato tamen munere. Quanquam illud Hesiōdiū laudatur à doctis, quod

eadem mensura reddere iubet qua acceperis;
aut etiam cumulatiore, si possis. Apud Xe-
nophontē etiam Agesilaus rex Spartanorum
inde commendatur, ὅτι ἡ μέτρη τῆς μηδεδόνας
χάριτας ἀδικοῦ ἴσχειν, ἀλλὰ γεὶ τὸ μὲ πολὺ μάγιος τὸν
μάγιον διωάρυθμον: quia existimabat iniustum esse,
non solum non reddere gratiam, sed etiā non
referre maiorem, cum quis possit.

v.] Benè & accuratè rem mensuratam acci-
pias à uicino, non quia diffidas: sed ut & uici-
nus sciat, quantum tibi det, et tu quantum ei
debeas. Ut ita bona fide agas cum ipso, nec in
aliquo cum offendas, et alieniore à te reddas.
Ideo intelligit aut illam mensuram, aut si sic
ponderatum uel numeratum, diligēter anno-
tandum & consignandum, ne quam contro-
uersiam pariat.

is ὑστερον.] in posterum et sequens tempus.

αρκιον.] αρκιτὸν, inueniōν γεὶ ἐποιμον, sufficientem,
idoneum, paratum et promptum ad submini-
strandum.

μὴ λανὰ.] Non prosequenda iniusta lucra,
quæ non cedunt in lucra, sed in damna. Frau-
dcs, dolos, et alias callidas circumuētiones &
πλαισίας improbat: atque adeò omnē acqui-
sitionem, quæ sit coniuncta cum damno alte-
rius, uult uitari, tanquam rem damnosam, si-
cū certè est, & tandem euētu ipso cognoscitur.

μὴ λανὰ λιγδαῖναν.] scilicet λιγδαῖα. non septe-
ris lucra iniusta, quæ sunt uicino tuo & alijs
mala

mala & damnosa : & tandem etiam tibi , sicut
solent esse. non solum quia derogant famæ et
exstimationi : sed etiā, quia per se nocent tan-
dem, & diuinam indignationem excitant.

τὴν φιλίαν.] Diligenter considerandi et di-
severandi animi & mores hominum , et cum
singulis cum delectu et pro ipsorum meritis
agendum. Erga beneuolos declaranda be-
nevolentia : erga familiares et ad cōuersandum
idoneos, exercenda familiaris uitæ consuetu-
do : erga liberales, liberalitas. Contrà in illib-
eralē & fōrdidū, nihil conferendum: et hoc
mōre & exemplo communi hominum. Quia
cērmas quidēm, qui liberali & *λογοτεχνῶν* det : cæ-
terū, qui etiam det illiberali & parco , non
conspicias ullum. Cum hoc præcepto, do-
ctrina Euangeliū sanctior non consentit, quæ
vult, ut etiam inimicis nostris benefaciamus.
Sed hoc est iam illustrationis diuinæ . Et hic
Poeta nō tam præcipit, ut odio prosequamur
inimicū, quam ut eo utamur rectè et utiliter:

ἀρετή.] *dies*, *datio* & *erogatio* atque contri-
butio spontanea, est bona et utilis. *ἀρπαξ* ἢ *λα-*
ψε, sed *ἀρπαγὴ* ή *λαψίς* *ἀρπαξ*, sumptio uiolenta
& iauoluntaria, nō est bona & utilis : quæ est
cōciliatrix odij capitalis, & sāpē mortis. quia
omnino nullus non offenditur , cum quid si-
bi, quamlibet pusillum, præter suam uolunta-
tem detrahitur : contrà autem, quod quis uo-
lens & sponte sua, quācumuis magnum con-
tribuit,

tribuit, eius contributione delectatur. Vult, ut
& ipse sit paratus & facilis ad gratificandum
alijs, sed illis liberalibus & officiosis: & quæ
ab alijs habere uelit, illa consequatur ab illis
uolentibus, nec quicquam contra ipsorum
promptam uoluntatem accipiat.

νέα τέρπεται.] Hoc est liberalis proprium, ut
& uolens det, & cum magna uoluptate. Qua-
lem datorem, qui sit hilaris, dominus etiam di-
ligit, ut dicit Scriptura.

αναθάηφι.] fretus & confirmatus impuden-
tia & audacia. Nam αναίσια, quæ est neglectio
honestatis, & contemptus iustæ reprehensi-
onis, confirmat & audacem facit iniustum, ut a-
gat quæ non sunt agenda. Ita eruditè inserit
causam impellentem, aut certè confirmantem
animum hominis, ad res alterius ad se pertra-
hendas, sine iusta causa, & modo non recto.

πτάχνωτ.] πτάχνω significat pruinam: unde
uerbum πτάχνω, quod metaphorice usurpatur,
pro eo quod est, ad modum pruinæ aduro, af-
fligo, conficio, mordeo & macero,

φίλην ὑπορ.] animum bene affectum er-
ga alium, id est beneuolum & amicum. Nam
iniuria amico illata grauior uidetur. Vnde
est hoc Aristotelis *ἰδιαιτέρη*. *νέα αὔξεσιν λαμβάνει*
τῷ μᾶλλον ωρὸς φίλους ἄνθει· οἷος χρόνικτα ἀποτυφόει
αὐτοὺς τῶν δορῶν, παντότερον ἢ πελίτεις· νέα μὴ βαυδόσις
ἀλειφῶ, ἢ ὁδονεῶ· νέα πατέρας πατίρα, ἢ ὄντινον
ἄλλον. Iniuriæ recipiunt etiam incrementa ex
eo, quia

eo, quia in maiorem amicum inferuntur. ueluti defraudare socium est grauius, quam ci-
uem: & non opitulari fratri, quam extraneo:
& percuterere patrem, quam alium quemli-
bet. *Vel ἔτης.*] cor & animum φίλον erga se,
& sibi amicum & charum. Quia quisque se a-
mat, & sui atque suorum curam haberet, & stu-
det declinare ea quæ uideantur nocitura.

Ἄγδι.] Est ratio detractionis etiam pusillæ,
ut iurè molestæ; præsertim iteratae, quia illa
mox fiat cumulata. Sed ponitur pro ἀγχυρίᾳ
Poetæ, non solum ut ratio prioris, sed potius
ut nouum præceptum, de rebus sensim cumu-
landis ad sufficiētē abundantiam. Ex quo ta-
men etiā prius positiū uult declarare. quasi di-
cat: ut quis paulatim addēdo, mox efficit suū
cumulum magnum: ita detrahendo subinde
alteri, eius cumulum breui ualde imminuit.
Sed illud si fiat iuste, est rectum, & debet fieri:
hoc autem nō. Probat ergo hic, & præcipit cu-
ram & locupletationem rerum suarum, illam
iustum quæ fiat quidem per paruam, sed cre-
bram additionem. *Quod* fortasse ideo facit,
quia talis rerum suarū locupletatio ferè & iu-
stior & quietior, & minus inuidiosa esse solet;
& tamen & ipsa mox rerum cumulum satis
magnum efficiat.

Is dī ix: iōvri.] Hæc quæ sequuntur rationes,
in genere commendant industriā acquirendi.
Quia primū, qui ita subinde comportat ad
req

res partas, evitabit famem *αὐθιτα*, adurentem
exiccando. Vel nigrum, luridum atque pallio-
dum colorem inducentem. Deinde quia res
cumulatæ & positæ domi, cum non afficiunt
molestia, sed potius lætitia: quia omnino cō-
modum sit habere domi: contrà autem mo-
lestum, res esse extra domum. Et hoc ideo de
præsentibus, quia liceat & sit iucundum acci-
pere: triste autem & molestum animo, egere,
et non habere res in promptu, cū sit illis opus.

αρχομένος δὲ πίθε καὶ λίγον τὸς κορύφης,
μεσόθι φέντε αἱ, οἷς νὰ δὲ γνὲ ταυθιδίνι φαίλει.
μιάδος δὲ αὐδρὶ Θίλω εἴρημένος αρχιθέτω.
καὶ τε καστυνήτῳ γελάσοις ἐπὶ μερόποις
θέατραι.

πίστις δὲ αρχαῖς καὶ ἀπίστιαι ἀντίστησι
μηδὲ γανῆ σε νόομ ταυγοσόλος θέσπιτάται,
αίμυλα κιωτίλλοσα, τείλια διφῶσε καλιώ.
ὅς δὲ γανακὶ τέποιθε, τέποιθ' οὐε Θίλάτη
μανογλυκῆς δὲ γάκισ σώζοι παρθένον οἶκον (σε-
φορβέμιν, αἵς δὲ πλάγιας ἀτέξεται μεγάροισι
γκραιός δὲ θαύοις, ἔπειρον ταῦλις ἴγκαταλέ-
πωμ. (60)

ρέας δὲ καὶ πλεόνεσι πόροις ζεῦς ἄστετο γόλ
πλείων γέ πλεόνων μελέτη, μέγιστη δὲ ὑδιθάκη.
Θιδὲ δὲ πλάγια θυμός ἐέλθεται γνὲ φρεσὶ μέσοι
δὲ δὲ ιδ-

τὸν τρεπόμενον δέ τὸ πόνον δημιουργούσας.

Inspiente dolio, et desinente, bibas ad saturitatē:
In medio parcas, gravis in fundo parsimonia.

Merces dicta viro amico sufficiat.

Exiam ad fratrem perrisum adhibeas testem.

Credulitas et incredulitas perdiderunt homines.

Neq; mulier illecebrosa seducat animum tuum,
Blanda garriendo tuam perscrutans domum.

Qui fidem habet mulieri, fidem habet furibus.

Vnicus filius conseruet domum paternam

Ad alendum, ita diuitiae augentur in ædibus.

Sed senex moriaris, relicto altero filio.

Nan Jupiter pater facile contribuerit magnas o-
pes pluribus.

Plurium est cura copiosior, et maior additio:

Sed si tibi animus in pectore desiderat diuitias,
Itegas, et opus supra opus exerce.

S E X O A T O N.

Sunt & haec præcepta iusticæ & industrie,
sive industrie iustæ, quæ sunt de officio homi-
nis recte, caute, utiliter & fœliciter, negotiorū
suum ex omni parte curam administrantis.
Et quod sequitur primum, est de uini usu re-
cto, quem moderatum & parcum in medio
tantū dolij probat: in summo autem, & imo,
præcipit largum & copiosum. Cuius haec tra-
ditur

ditur causa: quia uinū est in summo tenuius, nec ita uirtute pollet, eo quia sit uicinū aeris, in quem subtilitas eius spirituū exhalet: in imo est feculentum, nec ita integrum & sincerum: in medio autem est purum, integrum, efficax caloris sui uirtute, & salubre. De quo consulatur Plutarchus in Symposiacis: ubi etiam ostendit, quare oleum in summo sit optimum, & mel in imo.

δεινὸν οὐδὲ πολὺ.] grauis, importuna & incommoda: quia tum neq; uino & rebus, neq; uiribus consulitur. Dicuntur autē hæc per collationem quandam. In medio probatur parsimonia & frugalitas, in principio & fine non item: & præcipue in fine & imo uini, quando ipsum aquosum & feculentum non ita alit, & facile corrumpit, ut ita tum ei parcere sit in primis incommodum. Contrà autem, hoc sit rectum & commodum, uino, & sic qualibet alia re, tum, & eo modo uti, quando & quo commodo conueniat. Ex postrema parte distichi huius natum est proverbiū hoc, Sera in fundo parsimonia: quod est multi usus, & potest accommodari ad omnes eos, qui omissis demum occasionibus incipiunt sapere, & rebus suis frustra sollicitius consulere.

μηδὲ.] Est aliud præceptum de cautione & fide in conuentionibus usurpādis. Primum, est cautè & *κατὰ οὐλεγίαν*, ex pacto & per con-

uen-

ventionem disertam & expressam agendum
cum seruo, mercenario, & quocunque alio φί-
ῷ beneuolo, & bona fide operā aut rem suam
locante: & merces aut premium uel præmium
constitutum & promissum, est ἵη soluendum
& contribuendum. Hoc præceptum etiam
Philosophus nono ηδικῶν cap. i. probat, & con-
sultius esse dicit, ut ante contributionem con-
stituatur de precio & præmio. Quæ etiam
lib. 8. cap. penultimo docet, περὶ λοιπωνιας τομη
τῆς, quæ communicatio fit λαθ' ὁμολογίαι, per
pactum & conuentionem, huc faciunt. Huius
præcepti meminit & Plutarchus in uita The-
sei, ab initio: ἀλέξανδρος δὲ μάλιστα πάντων, τὸν αὐτὸν λέ-
γει, ὃ τὸν εἰδηνὸν σοφιστάτοις ἔσχε. ὃν δὲ σοφίας
ἰδέας τυάρτη τοι, ὃς λέγει, ίδειν τὴν αὐταντιν, οἷς
χρηστόντες εἰσιαστεις μάλιστα πορὶ τῆς ὃν ἐ-
χει γνωμολογίας, καὶ μίαν γι τούτων ἡμέραν λέγουσας
περιέστη. ἔται πιαδὲς δὲ αὐτοῖς φίλων ἀρχαρίων, αἵρεσ-
ίου. Maxime autem omnium fama eloquen-
tia celebris erat inter sapientissimos illorum
temporum. Illius autem sapientiae talis e-
rat uis & ratio, qualū Hesiodus ad maxi-
mam nominis sui famam est usus in senten-
tia de Operibus: & quidem ex illis uolunt
hanc fuisse unam etiam ipsius Pithei, Mer-
ces definita uiro amico sufficiat.

λαί τι λασιγγήτῳ.] Altera est pars huius præ-
cepti, quia uult ut etiam cum fratre caute aga-
tur, & fide ac testificatione quadā interposita,
non

non quidem directa, seria & aperta : sed obli-
qua, ioculari & tecta : ita ut quasi per iocum
obiter adhibetur aliquis, qui in casu necessi-
tatis possit esse testis conuentionis.

γελάσας.] ridens & iocans. Ita modum & co-
lorem ciuilem indicat, quo hæc fieri possit si-
ne offensione fratri, & aliqua diffidentiæ suæ
indicatione : si hoc non serio & sollicitè agat,
sed quasi ridens & per iocum atque obiter. Ta-
le agēdi colorē etiam in serijs negocijs pro-
bat & Horatius libro 1. Sermonum, Satyra 1.

Præterea, ne sic, ut qui iocularia, ridens
Percurrat : quamquam ridentem dicere uerum
Quid uerat ? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa uelint ut discere prima.
Sed tamen amoto queramus seria ludo.

πίστεις.] Est ratio huius præcepti de cautio-
ne & fide moderanda, petita *πίστη γνωμή*, ab
eo quod est in usu uitæ & experiëtia. Nam, in-
quit, inuenire est exempla, cum & credulitas,
id est, facilitas fidei, & incredulitas atq; diffi-
dentia, perniciose obsuerint hominibus. Ideo
cautione & diligentí consideratione est opus,
ut cognoscatur, quibus, quatenus & quomo-
do sit uel non sit fides habenda. Talia præce-
pta de uitanda credulitate multa extant apud
Theognidem, ex quibus est & hoc :
προφέξει μύθι φίλιστι μόλις αἰδονίνο τῶσι,
πάχεσι τοι πολλῷ πιστὸν ἔχεσιν δερ.

**Negocium & institutum tuum, neque amicis
omnibus**

6mībus plane & totū reuela & explica: nam ex multis pauci integrum & fide dignum habent animum. Quò facit & hoc Epicharmi à Dione sophista prolixè tractatum, rāpi ngeū mīmīr'ātīsāp. Quod Cicero alicubi ita reddidit: *Nemā atq; artus sapientiae sunt non temere credere.*

μῆδι γυνὴ.] Est tertia pars huius præcepti, de fide non facilē & incotisideratē atq; sine cir cunspectiōne habenda. Et hic monet, ne patia tur se decipi & seduci à blanditijs & insidijs muliebribus: & præcipue ne credat meretrici, & tali mulieri quæ p̄timum sit πυρεῖα, quæ nates aut brachia exornet, hoc est, quæ immo dicę elegantię cultus & uestitus fit dedita: de jnde, quę sit nimis blanda, & illice sermone di ferta: tertio, quę sit callida & fallax, quæ non beneuolo animo conueretur, sed ut omnes domus partes perscrutetur, & inde quicquid boni infit, ad se pertrahat.

ἵστιγ γυναικί.] Hoc præceptū declarat ab absurdō & incommodo, contrarij similitudine declaratō: Quia qui fidem habet mulieri, ille fidem habet furibus & deceptoribus. Nec fortasse temerē unam mulierem pluralitati comparat deceptorum & furum: sed quia una tantum in commodare possit, quātum illi multi. *φαλέτη* autem deducunt à uerbo φαλῶ, quod significat βαστάσαι. Alij melius uolunt dictum φαλέτη quasi ὕφαλέτη, subtractorē & subreptō rem, ut sint duæ uocales v & subtractæ.

μετρηγήσεις.] Subinde proprius accedit ad illa præcepta, quæ est deinde lib. 2. traditurus de acquisitione rerum & opum : tum uero de re-
 Etia & fœlici administratione et conseruatione
 totius familie. Quò etiam hoc præceptum
 est referendum, quo ab ipso traditur, ita ut o-
 stendat, quo ad conseruationem familiarum
 & opum, multum situm esse in hoc, ut pateris
 milias unum tantum filium habeat, quem a-
 lat, & qui succedat in bonis & familie conser-
 uatione : aut certè ut ex plurib. uasi duntaxat
 in primis charo, parta demandet, & uendicet
 successionem in bonis & familia. Quod & Pla-
 to probat lib. 5. Legū, & isto modo docet pos-
 se effici, ut non solum familie permanant in-
 tegræ & saluæ, sed & status ciuitatis quam ma-
 xime certus & definitus : ἀλλ' οὐπ αὖ τὸν πατέρα δια-
 λούσις γίγνεται πορθμὸς τῶν πόλεων, οὐ ποτὲ τὸν λαοῦ
 δοκιμαστὶ τῷ ταύτῃ φένειον, οὐ μόνον λαοῦ
 γενέμον τῷ πάντῃ παῖδει, οὐ ποτὲ μάντυα μὴ φίλη, οὐ
 διάδοχοι καὶ δορατοῦ τῶν διεῖπεν καὶ γίγνεται καὶ πόλεις, ποτὲ τοι
 τῷ πατέρᾳ, οὐ ποτὲ τῷ πατέρᾳ τῷ πατέρᾳ τῷ πατέρᾳ τῷ πατέρᾳ : Hoc
 isto modo firmè fieri possit in quaer ciuitate.
 Nactus sortem & patrimoniu, relinquat semper
 per administrationis domesticæ unū tantum
 hæredem ex suis liberis, qui ipsi maximè pro-
 betur, qui sit successor nominis, generis & ci-
 uitatis : & pariter & uiuorum, & eorum quae
 iam finis uitæ occuparit. Ita ergo uidetur &
 Hesiodus præcipere, nisi forte quis malis
mal.

tribus ad hunc etiam sensum interpretari hoc preceptum de uno filio: quia etum solum sit facilissimum & minimi sumptus alere ad opum cumulationem, cum plures requirant maiorem sumptum, & inde opes minus accrescat. In hoc sensu, φρήνεις cum subintroductione, τρέπει uel ἀνατρέπει refreudum ad filium, quem alas uel qui adoratur: in priore, ad domum siue familiam, qui unus filius conseruando domum & familiam alat & sustentet eam; ne aut, cum ipse sit superfluus, pereat: aut, si plures adessent, dissipetur & & immiuatur in opibus per ipsos.

γράμμα.] Concedit etiam alteri filio locum in familia, sed patre iam per senectutem mortis appropinquante. Et loquitur in modo optimo, quia uult innuere, haec esse magis uotis & precibus diuinitus impetranda, quam ullo consilio aut conatu humano, ut unus tantum primus filius assit, & deinde accedat alter, & quidem ipso patre per senium tendente ad obitum.

πᾶν.] Concedit & probat multitudinem etiam liberorum, & quidem tres ob causas. Primo, quia Deus facile posset pro sua benignitate etiam plurimis liberis educandis & sustentandis praebere opulentiam, immensam, affluentem & in narrabilem. Deinde, quia pro plurimis liberis habetur maior cura & sollicitudo a parentibus, qui tertio etiam propter illos plures acquirunt & accumulant magis bona. Vel, ut nonnulli intelligunt, & Erasmus in proverbio, Multe manus reddunt.

reddunt onus leuius : quia plurium liberorum est maior & amplior cura & industria, hoc est, quia plus efficiunt sua maiore solicitudine & industria : tum etiam, quia magis aggregant & coaceruant res . Sed non incommodè potest simul uterque sensus assumi, ut ex liberorum multitudine parentum cura & industria ad acquirendum magis & excitetur intendatur, & adiuuetur promoueatur: tum uero ipse propagati in familias plures, acquirant & congregent plura bona. Gradus autem liberorum plures facit, ideo fortasse, ut ostendat, quibus de causis acquiescere conniat, & in unitate & in dualitate & in plenitate eorum : tum uero, ut non præterea proprium opiniones & sententias hac deinceps hauddubie erant tum ita diuersas, singulas ipse uult suo modo & sensu approbari posse.

ad d' a.] Est transitio & παρακλησις ad doctrinam sequentis libri, quæ erit de laboribus acquisitionis, & domesticæ administrationis. Sed, inquit, si tu cupis in animo tuo, id est, si omnino & uerè ac serio atque ex animo cupis ditefcere.

ad ipdav.] ita agas & labores iuste, prudenter & sollicitè, sicut hactenus tibi tradidi: & præterea, sicut deinceps tibi sum precepturus, unum laborem super alium exerceas, & sedulo urgeas. Vel *ad ipdav.* poterit referri tantum ad se-

ad sequentia, in quibus ip̄i promittat pecuniam de acquisitione dñitiarum rationem, per laborum suorum assiduitatem, ut sit h̄ec diserta propositio reliquæ tractationis, quæ erit de cura & administratione rei domesticæ: & præcipue de acquisitione per agriculturam & negociationem mari. Ad hanc autem rem ostendit duo præcipue requiri, primum, rationem certam laborū, & eius cognitionem: deinde, illorum laborum diligētēm, assiduam & opportunam exequutionem. Ad quæ duo deinceps tradenda, uult fratrem suū, & quemlibet alium, intentum ad rerum suarum locupletationem, præparari & excitari, ut ad ea, in quibus præcipue tota rectè & fœliciter acquirendi ratio sit sita. Hactenus ergo Poeta de principali propositione, quæ fuit de officio hominis, & recta ac fœlici uitæ ratione, tradidit illa cōmunia præcepta, quæ sunt potissimum honestatis & laborum siue actionum animi. Deinceps est traditurus illa quæ sunt potissimum utilis & necessariæ curæ & administrationis rei familiaris, & quæ ad labores corporis præcipue attingent.



ληιάδωμ ἀτλαγρέωμ ἐπε
 τελούμνάωμ
 αρχελ' αἰκῆ, αρότρο ή μυφ
 θυμάωμ
 αῖ δις τοι νύκτας τε καὶ ἔμε
 τα τεσαρακοντα
 Μετρύφασται, αὖτις δὲ ποθεπλούσις γίνεται
 φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασομένοιο σιδήρε,
 οἵτοις τοι πεδίωμ ωέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσ
 σης
 ἐγγίθεναιε τάδσ' οἵτ' ἄσυκτα βιοσίγνεται
 ποντούμιμαίνονταις, ἀπόπεθε πίονα χῶροφ
 γαίσται. —

D I E S. L I B. II.

PLeiadibus Atlagenitis orientibus
 Incipe messem, arationem autem occidentibus:
Quae quidem noctes et dies quadraginta
 Latent, et rursus circumvenire anno
 Apparent, cum primum acuitur ferrum.
Hec est lex camporum pro hominibus, et qui
 prope mare
 Habitant, et qui ualles uliginosas
 Procul a mari incolunt, in loco fertili.

ΣΧΟ-

Iste liber omnino cohæret cum præcedenti. continet labores & curam atq; administratiōne rei familiaris, pro ratione & fine uitę meliores. Inscribitur *μητραι*: quia quę hic traduntur ḡra, pr̄cipue reguntur temporib. suis. Illa ēn priori libro tradita opera, sunt quotidiana, perpetua, & tēporis omnis. Iniusticia, odium, inuidia, cōtentiones, ocium & similia semper sunt uitanda; semper est iuste, amicē, trāquille, moderate, caute & cōsideratē agendū: nō semper, neq; tempore quocunq; arandū, seminandum, metendum, vindemiandum & nauigandum: sed hęc & id genus alia suo quæq; tempore recte & utiliter fieri uolunt. Hęc tempora laborū opportuna, & eorū recta exequutio in hoc libro præscribuntur. Hic primū *αργαν* per ortū & occasum Pleiadum ostēditur tempus mēsis & arationis, pro locis & maritimis, & à mari semotis: humidis tamē, & pinguis. Mēsem uult inchoandam in Iunio, sub ortu Pleiadum, quæ tum ortu Heliaco oriuntur: quia mane apparere incipiunt, sole à tauro, in quo sunt sitæ, longius digresso. Nec temerē uidetur mēsem pr̄mittere arationi, & gel quis laborib. sed ut hoc fructu & quasi pr̄mio laborū excitet fratrē ad industriam. Arationem uult inchoari in Octobri aut Nouembri, cum Pleiades occasu Cosmicō occidunt. *αλι.*] Nō cōspiciūtur sole existēte in tauro,

m 4 & prope

484 IN H E S I O D U M
& prope cancrum: quod tempus est à Maio usque ad Iunium.

ποριπλομένη.] circum & in orbem eunte. Hoc epitheton fere & aptè attribuitur anno, qui circumit & circumvoluit, & in orbem uersatur. Alij deducunt uocem à πόλει, sio & exi sto. Alij à πολι, τὸ στρίφω, quia cœlum ποριπλάσσει πορι πόλεις στρίφεται, circum polos uoluitur,

Vnde περιπλόμαται, & περιπλάνεται, per syncopen, τὰ πρῶτα.] Signum manifestius subiungit,

quod ipsum fratre nullo modo latere possit,

οὐτὸς τοι.] Hoc tempus arationis & mēsis commendat, ut idoneū colentibus loca & maritima, & procul à mari remota: humida tamen, opaca & pinguis.

ἄγκια.] Vocat ualles & decliuitates in montib. editioribus, quæ ferè solent esse feraciores,

βασάνητα.] abundantes uallibus & concavitatibus, nam βασάνητα ferè usurpatur pro ualle & loco decluiore, qui sit humidior & opacior. Intelligit autem per istas duas uoces, ualles & decliuitates humidiiores, fertilioresque, & intra & supra montes.

—γυμνὸν απέρειν, γυμνὸν δὲ βοστῖνην,
γυμνὸν δὲ ἀμάδης, εἰ χῶρα πάντ' εἴθελαδε
οὕγα κομίζεις οἰκονότορος, ὃς τοι ἐκαστε
ῶει ἀξέρητη, μή πως τὰ μεταξὺ χαττίζων,
πτώσας ἀλλοῦτος οἴκος, οὐδὲ μικρὸν αὐτὸς

φέσησθε τοῦτο πάντας, ἐγὼ δέ τοι θέλω
διώσω,

ἀλλ' επιμετρούσω δρυγάδαν νήπιον τοῦτον,
δρυγα, τάχ' αὐθεώποισι θεοῖς μὲν τεκμίραντο,
μηδέ τοι σὺν ταῖς διδόσαι γιανκί τε θυμὸν φέρε
χειρῶν,

ζετόντος βίορυ οὐ γένεσοι δέ αὔμελῶσιν.
δίσ μηδὲ γέρησθε τάχα τούτους· οὐδὲ δέ τοι
λυπής,

χεῖματος δέ πρόφεις, σὺ δέ επώσια πόλλα κέρα
εἰχεῖσθε δέ τοι πέπον νόμος. — (ρούσας.

Nudus quidem semines, et ares nudus,
Nudus etiam metas, si uelis tempestiuos omnes
Fructus Cereris importare, ut tibi singula
Tempestiuos crescant: ne quando interim egens
Implores domus alienas, et nihil efficias.
Quemadmodum et nunc ad me uenisti: ego au-
tem tibi non amplius dabo, (ce
Neque mensurabo; sed tu Persa incōsiderate, exer-
Labores eos, quos Diū hominib. præscriperunt:
Ne quando animo tristi, cum uxore et liberis
Quæras uictū apud uicinos, et illi te negligant.
Nam bis et ter forsitan sequeris: sed si ultra mo-
lestus fueris,

m 5 Rem

Rem tuā nō expedes, sed multa frustra loquēris,
Et ociosa erit uerborum tuorum strues.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Est alterum præceptū, de tempestiuā & sollicita exequutione laborum, seminationis, arationis & messis, pro uitanda egestate, & ciuius molestijs atq; difficultatibus.

γυμνὸν σπάρτην.] Vult, ut hos labores perficiat non solum mature, & ante hyemem, atq; dieb. serenis & idoneis: sed & sollicitè, festinanter, & cū tanta uirium intentione, quæ ipsi eliciat sudorem. Et subiungit hanc causam: Si quidem uelit *λοιπήδαι*, expedire & procurare ritè & tempore suo quæ requirantur ad colendam Cererē: uel, si uelit importare omnes fructus Cereris tempestiuos, uel in tempore. Quod ideo præcipit, quia intelligit occasiones laborum esse præcipites, & ideo diligenter obseruandas captādasq; esse: atq; oblatas, sine mora apprehēendas, & sedulo urgendas. Et hoc ideo, ut singula suo tempore mature & faciliiter crescant, & cumulatim proueniant. Idq; hanc ob causam, ne si negligenter culta, etiam tardius & infelicius proueniant, ipse interim egestate pressus cogatur turpiter, & cum rubore accedere ad alios, & more mendici ipsorum implorare opem: & tamen frustra, quia nihil apud illos efficiat sua emēdicatione. **Omnino** qdīnūs, id est seniliter, sollicitè & patetac ipsum

Ipsum monet, & ei non solum subiectos oculos, fructus & euentus felices diligentiae: sed & incommoda, atque miseros & tristes euentus negligentiae.

μέτρη των.] Et quidē ex uita anteacta, & ipsius calamitosā experientia declarat istam difficultatem. Sicut, inquit, etiā nunc, hoc est, nō ita pridem ad me uenisti: & ego tibi tum quidem dedi, sed deinceps nihil dabo. sed neq; etiam *πειρίσσω*, admensurabo, id est cum mensura & certa conditione tibi dabo. Sed tu inconsiderate & stulte Persa, ipse labora, sicut ex ordinatione diuina rectum est: & cura opera illa laborum, quae Deus prescripsit: hoc est, quae sunt pia, recta & frugifera.

μέτρη των.] Rursus ei pro sua fraterna sollicitudine ob oculos ponit tristes effectus ignorantiae & negligentiae: Ne quando, inquit, ob deficientem uictū, tu cum uxore & liberis doloras apud animū tuum, & uictū apud uicinos quereras, illi aut tibi opem suā recusent. Nā non est quod multum spei & fiducię colloces in uicinos tuos. posses ab illis forsitan bis aut ter, hoc est, semel aut iterū aliquid consequi: sed si trebrius petieris, & ijs molestus fueris petitio ne tua, χρῆμα ἄ, id est tuā rem & tuū negocium non expedes, etiam si admodum multa & accuratē in tua petitione dixeris ad ipsos. Tu quidem diu instabis, & multa dices, sed frustra, quia ipsi nihil mouebuntur tuis uerbis:

& νόμος, lex & ratio & compositio uerborum,
id est oratio & series uerborum, quamlibet iusta, recta, diserta, & ad persuadendum apposita,
ἀχρῆς ἵσται.] erit inutilis, ociosa & inanis,
quæ apud ipsos nihil impetrabit. Ita perquam
solicite & prudenter cum suo fratre agit, nihil
non conatur & facit pro ipso emendando, &
in uiam meliorem perducēdo, omnes cohortandi modos, omnes dehortandi usurpat: occurrat undequaq; eius ignauia & negligētia,
omnib. imaginationibus & cogitationibus,
quas iuueniles, irritas & stultas esse atq; cassas
dicit.

— ἀλλα σ' αὖτε

φρεσχέαδις χρεῶν τε λύσιν, λιμὸς τὸν ἀλευρίων
οῖνον ἢ πρώτισα, γεωργία τε, βοῶς τὸν αἴρειν
τῆρα.

Ιεπτήν οὐ γε μετέλι, καὶ οὐδὲ θεοῖς βοσκέται ποιεῖ.
χρέιματα δὲ αὐτῷ εἶκαν πάντας αἴρειν ποιάσ-
θειν. (τὰ,

μὴ σὺ μὲν αὐτῆς ἀλλοι, οὐδὲ αὐτῆς, σὺ δὲ τη-
λέοντες προκειμένηται, μηδέθιδὲ τοι δρῦγες.
μάλιστα αὐτοῖς λειτουργούσταις τὸν αἴρειν, οὐδὲ τὸν πόνον θερετούσ-
ται ποτε ποιεῖν αὐτοῖς πάντας παλιώτεροι,
οὐδὲ αὐτοῖς λόγινος μελέτη μὲν τοι δρῦγες
φέλλει. Στρατιώταις

αὐτοῖς δὲ αἰμοβολεῖργος αὐτοῖς ἄτασι παλαιό-

Quoniam

—Quin etiam te iubeo

**Considerare & debitorum solutionem, & famis
propulsionem:**

(tem:

Domū quidem primum, & uxori, & bouē aran-
Ancillam non nuptā, quae etiam sequatur boues.
Prætereas omnes in domo efficias bene com-
positas,

(ris,

Ne tu quidē petas aliū, ille autē neget, & tu priue-
Tempus autē prætereat, tibi uero opus minuatur.
Non differas in crastinum, & perendiē:

Nam ignavis non implet domum, (pus:
Neq; procrastinator, sed sollicitudo promouet o-
Vir autem procrastinator semper luctatur cum
difficultibus.

S X O A I O N:

Hic subiungit quædam domesticæ admini-
strationis præcepta. Primum est, de uitando
ære alieno, & alijs quæ ad inopiam & famem
pertinent. Alterum, de instituēda familia. Ter-
tium, de procuratione omnium aliarū rerum
domesticarum. Quartum, de negotijs matu-
randis sine omni procrastinatione.

¶.] quin etiam, uel præterea. nam hæc
uox non semper à Poetis usurpatur in signifi-
catione aduersatiua: sed interdum ita usurpa-
tur, ut Latinè sit reddēda per uocem aliquam
stichillationis, uel ordinis.

¶.]

φρέσιαδαι.] considerare, meditari, cogitare & curare solutionem æris alieni. *λιμός τ' ἀλευρίων,* & omnino ea quibus fames & inopia propulsari possint.

οἰκον.] Sed ante omnia est instituenda familia, & ad illam primum paranda domus, & certus locus acquirendus, in quo sit habitandum. Deinde ducenda uxor, & parandus bos idoneus ad arandum: tum uero ancilla idonea & utilis, quæ non habeat uirum, & quæ boues etiam arantes sequi & impellere possit. Hoc alterum præceptum est admodum graue, & latè patens. ideo meminit eius Aristoteles in primo & *οἰνοομικῶν* & *πολιτικῶν*. Per *οἶκον*, poenit est intelligi non solum domus, sed et locus in societate ciuili, & functio, siue genus uitæ, quod sit obeundum. Quæ ad uxorem ducendam attinent, postea tradentur. Per bouem autem arantem potest intelligi etiam seruus, quia, ut Aristoteles *α. πολιτικῶν* dicit, *οἱ βῆται εἰσὶ σκέπτες τῶν πόνων οὐνομάτων*, bos loco serui est pauperibus. Potest etiam per bouem intelligi quælibet ars utilis, & inseruiens rerum acquisitioni: per quam quis possit & nancisci & tueri locum suum inter homines, & suæ familiae acquirere unde alatur.

λητεῖα.] uocat famulam, ut acquisitam iure suo, & legitimis suis modis: uel quia (ut philosophus docet *εἰδικῶν, & πολιτικῶν*) serui sunt genere *λητεῖα*, & inter *λητεῖα* numerantur: quia sunt *ἴργανος λύψυχοι*, instrumentum animatum

Animatū, & **inanimatū**, quo alia & inanimata
& animata administrantur.

Xerómatæ.] Præcipit omnium aliarum rerum,
quæ sunt usus domestici, conuenientem com-
parationem, ita ut illæ infint in domo omnes
benè, cumulate & aptè congestæ & dispositæ,
ne usquam quid desit. Et hoc ideo, ne cogatur
quid petere ab alio, & ille deneget, ipse aut de-
situatur eo ad magnum suū incommodum:
quia interim præterlabatur tempus opportu-
num, & labores intermittentur, aut certè mi-
nus rite & utiliter expediantur.

Méth. **avallimius.**] Est præceptum de seduli-
tate, sollicitudine et industria, contra cestatio-
nem, procrastinationem & socordiam. Matu-
ræ sunt paranda omnia ad usum domesticum
necessaria: et statim quæc negocia suo tempo-
re aggredienda. nec ullum momentum occa-
sionis procrastinatione prætermittendum: ni
hilq; prorsus differendum in crastinū, et diem
perendinum: quia procrastinatio est quædam
ignavia et socordia: et quo ignauus destitui-
tur bono, eo et procrastinator, quia neuter re-
plet et abundantem efficit domum suam: sed
sollicita et sedula industria est, que promoue-
at labores et opera ad rerū abundantiā. Præ-
terea procrastinator hoc peculiare sentit malū
& incomodū, quia semper torquetur difficul-
tib; et alijs incomodis, cū quibus quasi collu-
ctatur: quia sollicitè cogitat de laborib; et illos
pro-

proponit sibi certos : sed non aggreditur tempore suo, quia quodq; tempus minus idoneum arbitratur, & in aliud cōmodius differendum censet. Id autem ferē usq; adeò non consequitur, ut subinde amissis melioribus , in difficultiora incidat. Ex quo fit, ut ob hanc solicitam & cassam expectationem cōmodioris temporis torqueatur, lucteturq; perpetuō cū malis , & quia sentiat res suas subinde deterius habere ob labores non expeditos. Quib. malis caret ignauus, qui securus in utramq; dormiens aurem , nihil neq; de præsentibus neq; de futuris negocij & difficultatibus cogitat, nec ullas sentit nisi magnas : aut potius prius perit in suo torpore , quam aliquas per suam ~~avitudinem~~ persentiscat. Vnde sane, ut non malius, at certè molestius uitium habendum videntur procrastinatio, quę hominem cum suis peculiariibus solitudinibus & molestijs inducit in easdem difficultates molestiasq; uitę, quib; ignavi obrui solent. Vitanda ergo in omni genere munierum & uitę procrastinatio: & non solum oblata occasio arripienda, sed & absens sua diligentि præparatione allicienda & captanda. Quò respiciens Ouidius etiam, uerè dicit :

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Et Cato grauiter monet,

Rem, tibi quam noris aptam, dimittere noli:

Fronte capillata, post hæc Occasio calua.

longip.]

τοιούν. Τὸς γὰρ μετὰ τὸν αὐγοῦ, in dicit peren-

dinum, qui est tertius ab hoc præsenti.

λανά.] significat domum, & quodlibet ædi-

ficium, καὶ λάνα, id est ξύλων λατισκασμένον, ex

lignis extructum.

λανά.] Dicta est παρὰ τὸ τῦ quod significat ca-

pio, & particula priuatiua π, quam nemo ca-

piat. Vel à uerbo ἀν, τὸ βλάπτην: à cuius futuro ἀ-

ναfacta hæc uox ἀστ, & uerso in τὸ τῆ, signi-

ficat dampnum, noxam, & calamitatem: Ho-

mero etiam deam horum malorum.

Ἄγριθ δὲ λάνγες μελός ὄφεος πελίοιο (τὸς

καθηκτοῦ οἰδαλίμα, μετοπωεινόμ ὄμβροντεν

χνός δριδύνεος, μετά δὲ πρέπεται βρότεος

λανά.

πολλὸν ἐλαφρότερος δὲ γέ τό τε σέειος ἀτήρ

βασίου ἵστερειε φαλῆρος λεγεῖτε φέωμ αὐθεώπωμ

ορχετηρίμακος, πλεῖον δὲ τε νυκτὸς ἐπάμρει-

πημος ἀθηκτοτάτη τάλει τοῦ Πικθεῖτος σιδηρο-

ῦλο. φύλλα δὲ δράζει χέει, πρόρθοιο τε λάνγει-

πημος αρρένολοθμαῖη, μεμυκμένος ὁειον δρίγον.

δημον ἢ βρεπόδηλης τάκμινει, ὑπερομδὲ πρί-

ππχω,

(νΘ· ζητ.

αἴφονα δὲ ἐπίστεπόδηλη. μάλα γάρ τού τοι αρμε-

ει δὲ καὶ ὀκταπόδηλη, ἀλλὰ σφύρων καὶ τά-

κονοι.

ορισθαμον ολα την τάκτην σεκαδώρω εν
μάξε.

πολλ' ἀδί λαμπύλα καλα, φρέση μὲ γύλω
ὅτ' αὖ εὔρης

αὐτού, κατ' ὅρος διζημένος, κατ' αρχαν,
πείνων· ὃς νῦ Βασιψ αρδεψ ὄχυρότατος δέπι.
εὗτ' αὖ ἀθηναῖς δικῶς γὰρ ἐλύμαλη πάξεις
γόμφοισι ωλάσσεις προσερήρεται ισοβοᾶ,
δοιαὶ δὲ θεαταὶ αρδοῖα πονησάμενος κατά οὐ-
κον,

αὐτόγυνομηδὲ πηκτόνυ, ἵπε πολὺ λαΐοις διπο-
εῖχε τοροὺ γένεσις, επορῷ γένει βάσιον
διάφυτος ολὴ πηλέης ἀκιώτατοι ισοβοᾶς,
δρυὸς ἐλυμα, πείνεις γύλω. —

Quando ergo desinit uis solis acuti
Ab aestu sudorifico, autumnaliter pluente
Ioue potente, et corpus humanum mutatur
Longè leuius: quia tum Siria stella
Paulum supra caput hominum fato obnoxiorum
Interdiu incedit, nocte autem plus utitur:
Tum incorruptissima existit ferro secta
Sylua. nā folia fundit humi, et desinit à frōdibus:
Tum Jane scias tempestuam esse industrian ad
secunda ligna.

Moneo

Mortarium quidem duorum pedum facies; pistillum
ut rotuum tubitorum.

Axem septem pedū: nam ita est per quam aptius.
Sed si etiam octo pedum nactus fueris, malleū en-
tiam inde abscondes: . . . p . . . , . . .
Rotac lignam in eurum scindas trium palmorum
ad curram, in quo diameter rotarum est de-
cem palmorum.

Præterea multa curva ligna importes, ex dentis
de scinueris 2.

In domum importes, querendo ex in monte ex
supradictam,

Ligneū: hoc enim est bobus ad arādū firmissimum.
Quando famulus Céreris affixum ligno temo-
nis ex dentale

Gloris applicatum adaptari ligno medio bominis
Duo laborata aratra habeas in domo,
Solidum et cōpactū, quia hoc est longe cōsultius;
Quia uno fracto, alterum bobus applicabis.
Ex labore aut ulmo fiunt diuīnissimones,
Ex querentibus, ex ilice dentale.

XXION.

Quia dixit χρήστας ιψην τινα αφεύγειν ποιεί-
σαι, quibus verbis præcepit præparationem
omnium instrumentorū & rerum, quae sine de-

uī

usu uitæ : & postea moram & procrastinatio-
nem omnem prohibuit. Hic iam per partes
& distributionem cōmemorat p̄cipua qua-
dam ex instrumentis & rebus rusticis. Et pri-
mū quidem quo ad instrumenta lignea, quan-
do, quæ, ex quibus lignis, & ad quem modum
sint seruanda, atq; etiā coaptanda docet. Tem-
pus autumnale p̄finit secundis lignis, quod
describit à suis conspicuis & notis circu-
tis. quia tum solis uis est remissior, nec ita ra-
dij intenti & directi & æstus non ita sensit,ur,
qui sudorem prouocet: & sunt crebre pluviæ,
atq; cœli constitutio inæqualis, unde corpora
humana alterantur, & fiunt alacriores & p̄-
cipue ex eo, quia Siria stella magis nocte se-
mota à corporib. humanis, quam ~~in~~ in-
cursum suum peragat.

ιαλίμη.] sudorifici, & per resolubilitatem su-
dorem prouocantis; uel *σβαλλεῖ* scribitur *κλειδὲ*,
uel *λαυτινῆ* inflammantis & adurentis. Nā hæc
uox *ιαλίμη* usurpatur in his omniib. significa-
tionibus, quæ etiam æstui solari conuenient.

μιτοπόρον.] autumnaliter & inæqualiter.
πέρα significat τὸ διά, & statem. unde *μιτοπόρος*,
διμήτριον διπέραν λαυτὶς, tempus quod sequitur ge-
statem. ex quo *μιτοπόρον*, neutrū pro aduer-
bio, quo declaratur illa inæqualitas aeris &
constitutionis cœli, quæ in autumno est.

πολλὴν ἡλιφερτηρία.] Quo tempore corpora
manum longè fit alacrius, excitatus, leuis,
expe-

expeditius, & uiuidius, quamquātē erat in cōsta-
te, sub illo, uel hemēti zētu à quo resoluebatur,
fūcū postea ostendetur.

σάρπης.] Vel stella canicula, quæ sole ac-
cedente ad scorpiōnem, mane ortu Heliaco,
ante solis ortum conspicitur aliquandiu: cu-
ius est peculiaris uis debilitandi uires huma-
nas, de quo postea habebimus. Velsol, qui &
ipse, & in nostro hemisphærio minus dimo-
ratur, quam antea, & uocatur subinde à Poetis
σάρπης, eo quia *σάρπης*; quia inflamat, hoc est
σάρπης exiccat & indurat.

σέκα.] quando lignum sectum minime sit
obnoxium corrosioni & corruptioni, tum est:
secundum: quale tutus est, in autumno, cum ig-
nam deijcit folia, & desinit ramos extendere &
dilatare. Quo quasi signo ostendit sylva arbo-
rum, se factam sicciorēm, & idoneam ad pro-
sternendum.

στύλης.] dicitur ramus, quasi *αὐτοῦ τε καὶ οὐ*
τῆς στύλης ἡμέρα. tunc autem non amplius exten-
ditur, utpote iam ad suam maturitatem & so-
liditatem perductus.

στήμα,] Tū ergo vide, ut seces lignas uulnere
scies, & persuasum habens, memoria-
nimo, illud esse tempus huius labori tempesti-
uum: uel *μυριάλεις, υπερημά,* consideratus & at-
tentius seces tum, *άγνωστην,* scilicet *λόγον;* illa te
pore idoneo ad hoc opus.

στήμα.] Commemorata ordine nominatim
n a p r a e-

principia instrumenta rustica, ad quae tunc sunt secunda ligna, & ex quo genere arborum, & qua longitudine. Mortarium, in quo prisci milium & alia legumina conterebant, uult esse trium pedum. *υνδρος*, pistillum, quo in mortario contundebant legumina, uult esse trium cubitorum. *Αγορα.*] axem transeuntem per rotas, qui sit pedum septem, dicit esse aptissimum: sed posse etiam longius lignum ad ipsum secari, concedit, a quo malleus abscindatur, quem uocat *φυγαρ*, à similitudine tali.

ἄψιψ.] Lignum circumiens & constituens rotam, uult esse trium palmorum, qui singuli constant digitis duodecim: pro curru, in quo diameter rotarum sit decem palmorum, qui singuli palmi constant digitis quatuor manus expansæ. De quo minori palmo differuntiam maioris, qui uocatur *Γαλλιδονης*, & est digitorum duodecim, Virtus uolitib: zita scribit: *αληρος* Græcis appellatur palmus, quod manerum datio Græce *αληρος* appellatur, id autem spargitur per manus palmum.

τολλ.] Et huiusmodi ligna curua, ad rotas idonea, multa congeras; ut in promptu habeas ad rotas attritas & fractas reficiendas, & alios usus. Præterea *σύλι* dentale, cui ligno inseritur uomer, passim diligenter inquiras & in montibus & in campis: & illud lignum, quod est ualidiss. & firmissimum bobus *αρανδου*, domum portes, quod bene applicata

catum & clavis affixum ad burim, & ipsi temo ni in medio boum accommodatum à diligente & perito agricola, diu durat.

Arià.] Aratra uult duo elaborari, & domi in promptu retineri: unum *αὐτόγυνον*, quod sit solidum, & habeat dentale ad natum, & nō affixum: uel quod non sit planè elaboratum & confectum, sed usque ad dentale: uomerem autem & reliqua, quæ facile usu requirēte adjici possint, nondum habeat: ut sit *αὐτόγυνον*, quod iam ipsum habeat dentale, & non sit necesse ei id adjici, ut ita facile ad usum instrui possit, si forte frangatur illud alterum, quod sit *αὐτόγυνον*, compactum, & ex omni parte perfectum & absolutum.

Iosephus.] est temo & illud lignum in medio boum, circum quod stant boues. Ad hoc commendat laurum & ulmum, quæ ligna sunt *αὐτόγυνα*, minimè putrefactioni & arrosioni uermium obnoxia. Ad *ιλυμα*, quod est lignum ad quod temo & dentale affiguntur, commendat quercum: ad dentale, ilicem.

— Βέσθινον τέτταρων
αρσόντε κεκτήδι, τὸν δένος δὲ αλαπάδνορ,·
άβης μέτρον ἔχοντε, τὰ δρύαλες αφίσω,
δὲ αὖ τῶγε δρίσαντες γνάλακε καμψόν
ροτρού
αξεῖσαν, τὸ δέ δρύον ἐποίησεν αῦθις παιδιν.

*de n. iys.] Aetatis huius rationes addit admodum graues, & considerandas in probatione quarumlibet aliarum personarum, quibus aliquæ functiones sint demandandæ. Nā intelligit omnino multum situm esse in matritate ætatis: non tamen ei soli prudentem & intelligentem industriam adscribit, sed in matura ætate eam esse querendam peritiam, ita ut quadraginta annorum dispiciatur seruus, ad hoc, ut sequatur boues arantes. Qui sit dili gens, peritus, & ad hoc intentus, ut possit rectum ducere sulcum: qui hoc assequi posse nō solum propter suam peritiam diligentiam, sed & ætatem, per quam non amplius respiciat ad coæquales, sed animum suum totum dirigat & intendat in opus suū, & ~~propositum~~ propositum. Talis est potius eligendus, & rectius, quam quilibet alias iuuenientem rectè & fœliciter peragendam: ita ut non sit necesse eam iterare ad seminationem alteram, quæ dicitur *ωδισπορία*, superseminatio: quæ usurpari solet, cum prior non est ritè peracta. Cuius quidē necessitas facile se offert sub seruo iuueni: quia ille pro ætate sua iuuenili habet cupiditates, impetus & studia cōformia & paria, quæ ipsum totū impellunt & rapiunt ad coæquales obseruандos, ad ipsorum studia & conatus cum stupore prosequenda, ita ut eorum cupiditatibus & appetitionibus qua ~~stupescat,~~*

stupescat, & in negocio proposito non ita attentus esse queat. Est hoc præceptum ualde ~~admirabile~~ & graue, de personarum delectu: quæ si ad opera rustica non sunt assumenda iuuenes & iaueniliter affectæ, sed maturæ, peritæ & diligentes, quanto magis ad alias maiores functiones disquiri debent idoneæ?

φρεάτειοι δὲ εὗτ' αὐτὸν φωνὴν γεράνου ἐπακό-
νιψόθην ἐκ νεφέων γνίσασια κεκλιγύκις, (σκυς,
ἢ τὸ αὔροτοιο τε σῆμα φέρει, οὐ χέιματος ὁρίων
διεκνύσσεται, λεγαδίκη δὲ ἐδακτὸν αὐτὸν
γένεται, οὐδέ τι περιπλάνηται.) (ταξ.

Διὰ τόπο τοῦ χορταζέρου ἐλικες Βόες γνῶθιστόν-
γνίδησιν γέρες ἐπέλευ, Βόειοις οὐδὲ μαχεῖσαν.
γνίδησιν δὲ αὐτονόμοις. πρὸς δὲ δρυας Βόεοις.
καὶ διὰ αὐτοῦ φρεάτειος τε φυκίος, τηνέας ἀμφε-
γαν.

νίπτοισθε δὲ τοὺς οἴδητος, ἐκατόμηδε τὰ δρόπατα
ἀμαλέκησ.

Τὸν πρόσθιν μελετητὸν ἔχειμον, αἰκάλιος θεός.
Præterea attendas, quando audieris uocē gruis,
Altè ex nubibus tempore anniuersario clamatis,
Quæ et affert signū arationis, et tempūs hyemis
Pluuiialis ostendit, et mordet animum uirij nō in-
- fructuibus:

Tum

Tum sanē boues tuos proprios pabulo satures.
 Est quidem facile dicere, Da mihi commodatō bo
 uem & currum, (bus
 Sed est etiā facile recusare. nā assunt labores bo
 Et uir animo diues iubet currum compingere.
 Imprudens neque hoc considerat, neque scit esse
 centum ligna currus :
Quorum curam habere mature oportet, ut domi
sint seposita.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Post tradita præcepta de instrumentis idoneis, & tempore suo mature parandis, progeditur ad labores ipsos, & opcta rustica, quæ per idonea instrumēta, tempore & modo suo, sunt expedienda. Et primum præcipit de operarationis præcipuo, ritè & feliciter aggregando & perficiendo. Cuius tradit certū tempus, præparationem, modū, diligentiam, comoda & fructus. Tempus certum ostendit eis, clangorem gruum auolantium : quem pro inde diligenter uult obseruari, ut signum cedens & arationis tempestiue, & autumni.

ιεράνων.] Est neutru plurale pro adverbio anniuersariè, more solito, & tempore hoc certi usque anni certo.

λικηλαγύς.] Est præteritum medium, à uero bō λιλή, uel λιλάσ.

χύματο διμέρι.] autumni, qui cunctinæq; lis, &

lis, & ferè pluviosus, & præcipue quando declinat ad hyemem.

lyndilw.] Hactenus de tēpore, nunc de præparatione. Qui, inquit, ad hoc tempus se non præparauit, & instruxit bobus, illius cor & animum pungit & mordet atque sollicitum reddit hoc signum pereceptum. Ideo debes quisq; dare operam, utante hoc tempus sua præpararet, & tum habeat intus domi suę in promptu boues, & eos largius pascat.

lxxix.] Hoc epitheton subinde Poetæ attri-
buunt bobus, quo corū peculiarem incessum
exprimūt, qui habet suam inflexionē crurum.

priidox.] Est occupatio. Occurrit obiectioni,
contra præceptum de præparatione boū pro-
priorum. Nam non est, inquit, cur sibi aliquis
specie inani pollicetur boues alienos. Est qui-
dem facile & promptum, illos petere ab alio
accommodeatoꝝ sed est illi perinde facile, eos
recusare. quia dicit, sibi h̄s opus esse, ad labo-
res suos expediendos. Proinde qui est di-
uines animo, qui abundat prudentia & sollicitus
dine, ille non solum curat ut habeat proprios
boues, sed & currum proprium & alia instru-
menta. Et currum quidem iubet & curat sibi
mature præparare: imprudens autem et ne-
gligens, hanc etiam curā & considerationem
non recipit, quæ requiritur ad parandum cur-
rum, ad quē requiruntur centum, hoc est, mul-
ta ligna, quæ longe antē tēpore suo sunt eom-
portan-

φροντίδι.] Præterea mente diues & consideratus atq[ue] prudens, hoc etiam sedulò curat, ut iubeat currum adornare: imprudēns neq[ue] hoc perpendit. sed sciendum est, currus esse multa ligna: quæ sunt mature congerenda. Vel, quæ tu frater cura, ut domi seposita habeas. Est & hoc grande præceptum, de uigilanti & sollicita præparatione rerum necessariarū, quod iunioribus & imperitis commendatum esse debet: qui ferè sunt securi & negligentes, nec praesertim, nedium futuras uitæ difficultates considerant. Atqui Salomon dicit, cunctas res esse difficiles, nec posse eas ab homine sermone explicari. & hic Poeta noster dicit, Currus etiamq[ue] esse centum ligna, quæ sollicitè suo tempore sicut præparanda: quanto maiori & diligentiori præparatione egent res & negotia, in alijs maioribus uitæ generibus? Ideo Cicero etiā graviter præcipit præparationem diligentem, ubi primo Officiorum dicit: In omnibus autem negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

εὐτ' αὐτὸν οὐκ πρώτος ἀρότος θυγατρῖοι φανέται,
διὸ τὸ ἐφορμηθῆναι δύως μάνες τε καὶ αὐτὸς,
αὐτῷ καὶ στερεύματοι αρότοι καθ' ὕρην, (εἰσε-
πειταί μάλα απόστοι, οὐτε τοι πλέοντα πρό-
ειστε)

τέλει πολέμῳ, θέρεθρον δὲ τελείων τὸ στάτησις
στάτησις.

τείσθη δὲ απέργειν ἔτι οὐδεὶς σταύρων αἴρεται.
τείσθη δὲ λεξιαρχόν, παίδων δύκαλλον τείρεται.
δύκαλλον δὲ στάτησις χθονίων, μεγάλον τοῦτο δὲ γυναικῶν,
τείχετελέα βεβίθειν δικαίωτος ιδρόμην ακτήν,
αἴρχομεν θάλατταν αἴρόπτερον, οὐταντούντος
ἔχετλης

χειρὶ λαβώμενον πάντα τὸν τόπον οἰκητον,
δύναμον εἰληφόντην μεσάνθη. Οὗτος τοῦτος δὲ παῖδες
μεταστάτησις, εἶχων μακρὰ λαιμούς, πόνον δὲ νίκησεν οὐθέαν,
απέργματα διακρέπτων, δύναμον μοσσών τούτους
τρυπτοὺς αὐθεόποιος, κακούθημοσσών τούτους
τούτους κακούς αἴροσσων ταχυδύνονταν δράζει,
εἰς τέλον οὐτούς διακρέπτων τούτους τούτους
οὐτούς,

τούτοις δὲ γυναικῶν εἰλαττοῖς αἴραχνισσας, καὶ στάτησις
γυναικῶν εἰλαττοῖς αἴραχνισσας, τούτοις δὲ γυναικῶν εἰλαττοῖς αἴραχνισσας
τούτοις δὲ γυναικῶν εἰλαττοῖς αἴραχνισσας, τούτοις δὲ γυναικῶν εἰλαττοῖς αἴραχνισσας.

Quamprimum ergo tempus arationis apparet?
Tum sane properate simul, et servi, et tu ipse,
Sic cam et humidam arare tempore arationis,
Admodum mane festinans, ut tibi repleantur artus.
Vere

Vere uertas: æstate renouatus ager te nō fallet.
 Noualem semina, adhuc eleuata terra.
 Noualis propulsat diras, & liberos demulcet.
 Fac uota Ioui terrestri, & Cereri castæ,
 Ut sacer Cereris fructus perfectè ingrauefacet,
 Vbi primum incipis arationem, quando summitta-
 testiuæ.

Manu apprehensa, stimulo per trāsis dōrsum boū
 Trahentium iugum loro, ponè parvus
 Seruus cum ligone faciat negocium aūbus,
 Operiendo semina. Nam industria ordinata est
 optimæ

Hominibus: pessima autem inordinata cura.
 Ita aristæ præ ubertate in terrā se inclinauerint,
 Si quidem deinde Deus bonum euentum dederit,
 Et ex uasis expuleris telas aranearum, spero te
 Gauisurum, de domestico uictu pro arbitrio su-
 mentem.

Et hilaris attinges uer canum: neq; ad alios
 Respectabis, sed aliis egenus erit tuo auxilio.

Z X O Λ I O N.

Traditum est iam certum tempus arationis,
 tradita præparatio ad eam: hic diligentia, mo-
 dus, & usus eius traduntur. Diligentia ea est
 adhibenda in ipsa; statim oblato & cognito
 tempo-

tempore idoneo, est insistendum, & una cum seruis ipse dominus debet utgere arationem, nec ullam occasionem negligere, sed tam aridam quam humidā terram: uel (ut nonnulli intelligunt) aridam & humidam simul, hoc est, temperatam debet arare: & quidem ita, ut manū surgat, & seriō incumbat operi, siquidem uelit segetem abundantem & fœlicē prouenire, quæ replete aruum.

φωνάς.] apparuerit, & conspectum fuerit: hoc est, aduenierit.

ἰπογυμνία.] expurgiscimini & excitamini: hoc est, properate & festinate.

αὐλή οὐδὲν διστηρ.] temperatam siccō & humido, uel potius quomodo cunctis dispositā: quoniam tempus præterit, nec est in nobis, qualē uelimus inducere qualitatē cœli & terræ.

ἀράπι μνᾶς.] Modus & ratio traduntur. Verteſt uertenda, & leniter aranda: æftate deinde accuratius arata renouanda. Ita arata, non decipit spem agricolæ. Præterea est concedendum suum interuallum terræ, nec singulis annis est pro segete excolenda. Ita post cõcessum spaciūm quietis arata, & semine conspersa, statim post arationem, dum est adhuc leuis & eleuata, nec dum depressa & indurata, fit ἀλιξίαρχη, iuafœcunda, ut excludat omnē execrationem, & liberos exhilaret atq; demulceat, quib. suppeditet uictum copiosum. *λεψίσσας,* leuem aratam: id est, recens aratam.

310 IN HESIODVM

ἀλεξιάρη.] ἀπορθέα τὰς αἴπες, οὐ τὰς βλαβας,
quæ amouet damna, incommoda, & calamita-
tes, quæ solent esse causa indignationum, per-
turbationum & detestationum.

ὑχεῖδαι.] Sed non statuendum est, istum cul-
tum solum sufficere ad abundantem fœundi-
tatem: sed præterea est innocandum munus,
sunt implorandi Iupiter & Ceres, ad hoc, ut
ἱερά, pro ἱερά, ad finem usque & perfectè
atque faustè sacer fructus proueniat, ita ut in-
grauescat, & spicæ onerentur.

βρίδαι.] Βρύνειαι, grauari, onerari & abun-
dare: passim ferè usurpatur.

ἱχτλαι.] Dicta ab eo forsan, quia αἰχτλαι
ἀρτυς, uel quia toleret manum, πηγὴ τὸ τλαν-
τῶν χύπε. quia est manica aratri, quæ tenetur
manib. cum aratur. Latinè dicitur stua, à stan-
do, quia status aratri pro ipsa dirigitur.

ἀρχόμενοι.] Sed & hic modus & ordo est u-
surpandus, ut statim cum incipes arare & se-
mētem facere, sequatur paruus puer, ad hunc
non difficilem laborem satis idoneus, qui li-
gone comminuat glebas, & semen cooperiat,
ut uolucribus sit difficile id eruere.

ιδημοσύνη.] Nā recta & ordinata atq; accura-
ta procuratio & exequutio laboris cuiusq; est
optima & utilissima: sicut contrà inordinata,
peruersa & negligens, est pessima & incom-
modissima, ιδημοσύνη est dicta ἀπὸ τῆς ιδη-
σαι, à benè & recte disponendo & efficiendo:
& signifi-

¶ significat rectam sedulam & bonam admissationem, exequutionem & effectiōnem, quae sit serio, solicite, recto ordine & tempore suo. Latē patet hoc præceptum, in quo commendatur recta, sollicita & sedula administratio, & exequuntio arationis & semētis, unde hi duo labores ualde promoueātur ad fœlicē successum. Quam uim sentiendū est habere iubilus & iubilare in omni alio genere negotijs & uitæ.

¶ Adi.] Hanc iam traditam rationem arandi, & sementis faciendæ, quam maximè cōmendat ab usu suo, pro fine fœlicis acquisitionis: sed cum hac adiectione, si postea ad eam ita peractā, cœlitus & diuinitùs attribuatur propitia, fœlix & fausta directio & gubernatio, ad finem suum. Quæ est perquam pia adiectionis, qua fœlicitas successus non ascribitur soli prudentiæ & industrie humanae: sed multo magis benignitati, gratiæ & gubernationi diuinæ, quæ tamen ferè requirat præcessionem illius, nec se facile sine illa declarare uelit.

Hoc ergo sentit, rationem laborum diuinitùs ordinatae esse pię & sedulo sequendam, & ea uentum ipsi Deo permittendum, cum inuocatione & spe gratiæ & opis eius benignæ.

Qui autem sunt effectus & fructus prudentiae industrie diuinitùs promotæ? Hi, quod priuata seges fiat uberrima & fœcundissima, ut spicæ grauitate dependeant ad humum. Deinde, ut frugibus importatis, ita repleas omnia

* sepositoria & uasa, ut araneæ cogantur cedre, & nusquam nanciscantur loca uacua, ad suam telam texendam. Tertio, ut latens & cum gaudio pro tua uoluntate capias de uictu domi cōgesto, & in promptu atq; ad manum posito. Quartò, ut in hilaritate conuiuiorum possis genialiter degere, & perdurare per totam hyemem, usque ad tempus uernum. Quinto, ut non cogaris respicere ad alium, & alterius hilarem & locupletem felicitatem admirari & implorare: sed alij, ope tua egenti, hoc sit faciendum erga te.

ἴγριξ.] uirgultum & ramusculus in lögum excrescens. *ταρπά τὸ ἵραν οὐκὶ τελᾶν,* ab eo quia eleuetur & exiliat. Sumitur pro baculo & stimulo, quo boues punguntur & excitantur.

ἰρδηνη.] significat luxurians & dividens, quia τὸ μέσον. Vsurpatur pro temone, uel quia mediūs est inter boues: uel quia ex medulla quercus & ligno firmissimo confici solebat.

μίσθιον.] Significat lignum iugi, medium inter boues uel iugum, ab illa parte cui inseruntur colla boum. Vellorum, quo boues iugo alligantur.

σύδημοςών.] De ordine & apta atq; concinna rerum digestione & dispositione dicitur, quæ suo ordine & modo atq; tempore quoq; instituuntur & fiunt. In qua σύδημοςών multum profecto est situm, quo ad serum rectā & facilē executionem.

ἰνέπει

ιρώμηρον.] μεταλαμβάνοντα, cum inquisitione
& delectu cipientem ex abundantia fructuum
præsentium, & reconditorum domi.

ἐδέκεντος διόπτης αρόντις χθόνας δίαιν,
πιληνος ἀμήσεις, ὀλίγοις τοῦτοι χειρός ἐέργυων,
αὐτίας μεσμόνων, οὐκονιμένος, σὺ μάλα χαί-
ρων,

οἴστεις δὲ γνόφορμῶν, παχύροις δὲ στεθοῖσι.
ἄλλοτε δὲ ἄλλοις γνούσι νόος αὔγιόχοιο,
αργυρέος δὲ ἄνθρεοις κατὰς θυητοῖσι νοῆσαι.
εἰ δέ κανονὸν αρόσις, τόδε λιγύ τοι φαρμακῷ
εἴη,

πιμθούκκυξ πικκύξει δρυνός γνόν πεπάλεισι,
τὸ πρῶτον τοῦτον περιβοτάς ἐπ' ἀπέργονα
γαῖαν,

τῆμος γενός νοι πρίτων ματη, μίδης ἀρλήγοι,
κάτις αρχαῖος βρεῖλλων βοὸς ὄπλις, μίτις ἀρ-
λεπων,

ἀτωκὸντας πειθούτης ἰσοφαρίζει.

*Sin aut sub conuersione solis araueris terrā almā,
Sedens metes, parum manibus comprehendens,
Aduerse colligans, puluere conspersus, non ad-
modum gaudens,*

Et calathο importabis pauciq; te mirabuntur.

Sed mens Iouis est alias alia;

Verum difficilis hominibus cognitu.

Sed si serò araueris, hoc tibi remedium sit;

Quando cuculus supra folia quercus

Primam & homines exhilarauerit supra terram,

Tum Iupiter pluat triduo, neq; desistat;

Vt neq; superet ungulā bouis, neq; infrā cōsistat,

Ita serus arator primo par fuerit.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Tempestiuæ arationis tempus, præparationem, diligentiam, modum & fructus tradidit: hic subiicit quedam de incômodis uarijs, & ijs tristibus, arationis tardioris & int̄pesti ux: tum uero de remedio quodam eius, rarò contingentij. Non probat arationem dilatam usq; ad solstitiū, & solis conuersionē: quam ostēdit laboribus, uotis & expectationi agricolas minimè respōdere. Et perquā bellè eius tristes & odiosos effectus describit, & quasi ob. oculos cernendos proponit, ut eo magis ipsa cauenda appareat. Quod si (inquit) araueris terram præclaram sub solis conuersione, iufr, sedens metes, ob culmorū breuitatem & paucitatem: & non ualde lātaberis, pauca manu comprehendendo, & exaduerso colligando in multo labore & puluere. Præterea importabis illa in calatho, nec multi cum admiratione te intuebuntur. Non tamen hoc est habendum pro certo & perpetuo, quia nō est semper

Semper eadem mens & administratio Iouis : ideo pro illa diuina prouidentia & gubernatione cœli, & tempestatum aeris atq; soli qualitatum , potest interdum etiam sera aratio bene cedere. Sed hanc mentem & peculiarem administrationem Iouis non est facile homibus cognoscere : ideo consultius est, tempus solitum ab ipso ordinatum obseruare, & co-expedire arationem . Sed si omnino hoc fieri non potest, ut serò & tardius sit arandum : tum est hoc differendum in initium uerni terporis : quando primum cuculus auditur , sedens supra folia quercus iam prodeuntia , & aeris denunciatione oblectat homines : tuus obserua, an possit tibi contingere talis cœli constitutio, qua Jupiter pluat in tertium dicim continuè, & inde terra ita madescat, ut neq; exceptat ungulæ bouis eius humiditas , neq; infra ipsam consistat. Talis etiā, qui ita serò arauerit, per hanc cōmoditatē poterit parere primo & mature aranti : & tantum consequi de fructibus, quantum ille.

Sup.] Vsurpatur in triplici significatione à Poetis . pro iudicij , pro gloriose & præclario : pro æxibj , bono & præstanti : pro dæo, dñe, dñino & almo . Quæ omnes significationes possunt accommodari terræ.

Sup.] Singula uerba prudenter & significative interponuntur, ad declarandam tristem & ingratum euentum tardæ arationis:

ἀλιτ.] Est mitigatio precepti de tarda aratione, que habet αὐθυποροῦ, in qua cōcedit qui dem hoc non esse perpetuum, nec semper ita incommodam & infelicem esse arationem seram: sed illam concessionem tollit, quia non possit hominibus constare, quādo Iupiter illum sit felicem redditurus.

εἰδίκη.] Aliam seram arationem meliorem proponit, sed rarissimè contingentem, quæ sit magis uotis diuinitūs assequenda, quam exulla prudentia aut industria humana expectanda, ut scilicet pluua in uere duret per tri- duum, & ea ita lenis & moderata, ut non humefaciat solum, nisi ad certum modum, quo terræ humiditas neque emineat supra bouis ungulam, neque infra eam consistat.

Ἐν Δυμῷ δὲ ἐν παντε φυλάσσει, μᾶς δέ σε λέπειος.

μήτ' εἰσ γενόμενοι πολιόμ, μήθ' ὄφριος ὄμβρος.
παρὸ δὲ θεοῖς χάλκεοι θῶντο, οὐδὲ π' ἀλέαλέ-
χισ

ώρη χειμορίη, ὅποτε λεύος αὐτέρες ἔργον (λε.
ἴχαμέται, δύθατο κακόννος αὐτὸρ μέγαν οἴκου ὁφέλ
ει τοι σε κακό χειμῶνος αὐτοχανίη λαζαμαρή
σων πρωτίη, λεπτή τοι παχών τόδ' αχερί πέ-
ζοις.

πολλαὶ δὲ αἱργὸς ἀνὴρ λεγεῖται ἡδὶ ἐλπίδε
χειμῶν

χριτῶν Βίοτοι λακά πθσελέξατο θυμῷ.
Ἐλπὶς δὲ ὅτι γενθῆ λεχεύματος αὐτῷ τοιότε
πίνδηνος γένεται, τῷ μη Βίος αργκιος εἴτε.
(Ἐτα,
πλέκεται δὲ μάστιγος θέρος ἐτι μέσας ἔντες,
ὅτι αὐτὸς Θρόνος εἴη, ποιῶντες καλιάς.)

Omnia præterea diligenter in animo tuo perpende et obserua, neq; te lateat (ua:

Neq; uer superueniens canū, neq; pluvia tempesti-
Et præteri sedem aereum, et in loco tepido collo
quitionem,

Tempore hyberno, quando gelu uiros inclusos
Detinet: nā tum etiam uir impiger ualde rem fa-
miliarem auget:

Ne te difficultas insuperabilis hyemis incomoda
corripiat (pedem.

Cum inopia, tu uero tenui manu pinguē premas
Præterea homo segnis expectans spem inancit
In egestate uictus, multa mala eligit animo.

Nō est spes bona quæ occupat egentem, (ciens,
Morant̄ in collocutione, cui non est uictus suffici-
Proinde præcipe seruis in media adhuc æstate:
Nō semper erit ætas, parate domicilia.

S X O A I O N.

Hoc præceptum de tempore arationis, ex-
tendit ad alia totius anni tempora, & singu-
lorum
o s

lorum labores atq; opera cōmemorat: & uulc
pari sollicitudine & diligentia, cum ea quæ eſt
tradita de aratione, reliqua tempora eſſe ob-
ſeruanda, captanda & usurpanda: neq; quic-
quam prorsus eſſe negligendum, neque in ue-
re, neque in hyeme, neque in æstate, aut ullo
alio tempore, pro uitandis & difficultatibus
egeſtatis, & uitijs octi, quæ uaria inde exiſtere
ſolent. Præterea (ipquit) non ſolum hæc, ſed
& alia omnia diligenter & ſolicite perpende,
excute & obſerua: nec tibi ignorantι ſuperue-
niat uernum tempus uel pruinofum, uel plu-
uiofum: ſed omnino longè antè præuideas &
cognofcas, quale ſit futurum hoc tempus, ca-
num'ne & frigidum pruinis, an humidū & fe-
rāx pluuij& tempeſtiuſis. In hyeme autem non
te dedas ocio & collocutionib. inanib. & ocio-
ſis, in locis tepidis: ſed officinam agrariam &
confabulationem iocularem in loco tepido,
ad caminum fabrorum, præterea ſtūm, cum
homines non poſſunt prodire ad labores, ſed
intus in ædificijs inclufi detinētur propter fri-
gus. nam etiam tum, ſedulus & induſtrius vir
poſteſt ualde promouere & locupletare reu
ſuam familiarem. Et hoc ideo primū, quia
nō ſcis quāndura & diſſicilis fit futura hyems:
ne te eius grauioris & diuturnioris incomodo
ditas ineuitabilis inuadat, quæ te perducat ad
egeſtatem & defectuā rerum, unde ſentias
faſiem, ex qua tibi intumescent pedes, &
nus

nus extenuentur, ut cogaris macra manu pedem tumidum attriccare. Est præterea etiam aliud malum oculi & socordiæ, quia ignauus & ociosus vir, qui spe sua inani lactatur, cum falsus est illa, & incidit in egestatem uictus: tum solet multa mala in animo suo meditari, & sibi proponere, pro egestate amouenda. Sed ut hoc non fiat, iamē homini egenti, cui nō adest uictus in promptu, qui sufficiat, est spes & fiducia ualde mala & incommoda, quæ ipsum detinet ociosum, sedentem in cōuentu confabulantium. In æstate autem media etiam, mones & excita seruos, & ijs perpetuò hoc subiçe, ut cogitent æstatem non perpetuò futuram: & ideo parent aidos & ædificia, hoc est, prospiciant & curent omnia illa quæ sint necessaria ad uitam domesticam & quotidianam.

ἀριθμητικός] tempestiuia pluuiia, & leuis atque ferax, quæ in uere possit existere: unde uer non sit canum pruinis & niue, sed temperatè humidum. Quod non debes ignorare, sed longè antè præsentiscere hanc & aliam quamvis futuri ueris qualitatem. Vel *αριθμητικός*, id est autumnus, qui est ferè pluviösus, cuius & ipsius tempus & qualitatem debes longè antè perpendere & præcognoscere.

νοσήστε ιδού.] Est præceptum de hyeme recte transfigenda. In hyeme (inquit) cum est magna frigus, & ferè alij abducunt in domicilijs & in

& in locis tepidis fabrorum & aliorum artificum, conueniunt ad inutiles cōfabulationes: tum tu cogita de laboribus, qui etiā illo tempore utiliter perfici possunt. Nam strenuus & industrius tum etiam potest multa facere, & curare quæ pertineant ad rem familiarem, & famem atq; incommoda eius propulsanda. Per χάλκεον θῶκον, & λίστην ἐπ' ἀλίᾳ, intelligit officinas ferrarias, & alias quæ utuntur igne: in quas antiquitus in Græcia solebant fieri conuentus pauperiorum & ociosorum, ad nugas & collocutiones friuolas, quibus tempus treabant, sicut apud Romanos & Gr̄cos etiam in tonstrinas moris erat cōuenire. unde est ortum proverbum hoc, Lippis & tonsorib. notum: de rebus peruagatis, & in officinis tonsorum multū agitatis.

μέσις λακοῦ.] Causas subiungit huius præcepti. Prima est, ne incidas in aliquas hyemis difficultates, unde sentias egestatem, & inde famem, per quam superiores partes attenuentur & macrescant, inferiores autem intumescent. Secunda, Quia ignauus cum per inanem suam spem est falsus, & inductus in egestatem uiictus: ad malas artes & multa flagitia & facinora solet impelli. Vnde est tritum hoc
Ocia dant uitia. Tertia, Quia omnino est inanis & inutilis spes illa, quæ egentem & non satiis uiictu instructum, detinet in ocio confabulationum: nam impeditur ab ea in laboribus,

& ac-

& acquisitione rerum necessariarum.

Δέκατη.] Est præceptum deestate rite peragenda. Tum inquit, & tu debes esse solicitus in hyemem, & omnes tuos domesticos matutinam, in media etiam aestate monere, de labilitate huius temporis: & difficultatibus temporum succedentium, quibus sit prospiciendum longe ante, omni genere subsidiorum.

μῆνας Ἰανουαῖον, οὐαὶ μάτια, βόσθρος πάντας,
τῶρυ αἰλούαδι, καὶ πηγάδες, αὖ τὸν πάντας
τὸν δύσαντος Βορέαο μυστήγες τελέθωσι,
ὅς τε σφίξθεντος ἐπιποτρόφος δύρεται πάντας
ἐμπνούσας ὁρεινε, μέμυκε ἡ γῆ αὐτοὺς ὑλα,
πολλὰς δὲ σφῦς ὑψηλάμυς, ἐλαύνεις τε πα-
χέας,

ἄρεος δὲ Βάσιος πλανᾶς, χθονὶ παλινβοτέρης
ἐμπίπλων. καὶ τὰς Βορᾶς τότε νάρετος ὑλα,
δῆρες δὲ φρίσασ', σρατὸς δὲ τῶσδε μέτε τεθύντο,
τὴν λάχνην δρύμος κατέσκιον, ἀλλὰ νυκτὸς
τῶν

Τυχός ἐώριτάνσι μαστιχεύοντας πορφύραν
καὶ τε σφίξτην δύνασθε τρέπειν, δολές μιμοῖχα.
καὶ τε διάσγασσοντας τανύζοντα. πάντας δὲ τὸν
δινεκτὸν πηνεταναὶ βίχες αὐτοῦ, διλέπισμα
ἴσαντες Βορέαο. βοχαλόμην ἡ γέροντας τίθεται.
καὶ σφίξθεντος ἐπιποτρόφος διασκέψιμον,

άτο

ὅτε δόμωμα γένοδι Θύλη πρὸς μητρί μήμα,
ὢπωδρύ' ἀλῆα πολυχεύσα ἀφροδίτης,
εὖ τε λειασαμένη τέρψα χρόα, καὶ λίπελαίσθ
χεισμένη, νυχίην πεπλέξετ; γάνθιθην οἴκα
πίκαλη χειμορίω, ὅτε ἀνόστος δύν πόδα τρύδε,
εὗτ' ἀπύρρω φοίκω, καὶ γάνθιθει λανγυαλέοισι με
δ γαρ οἱ πέλιοι θέλκνυνομόν δρυιθῆναι,
ἀλλ' ἀδίκην ανέωμ αὐδρῶμ δημόρη τε πόλις ἐ[!]
τρωφᾶτ; Βρέστοις δὲ πανελλήνεοι φαίνεται.
καὶ τότε θήκειοι καὶ τίκτροι ὑλικοῖται
λυγρὸν μυλιώντες αὐδρῶνας βροτήδητε
φούγασι μ, καὶ πᾶσι γάνθι φρεσὶ σύρμεταλαν,
οἵ σκέπται μαρόμενοι, πυκνὸς ιενθιθετε
χονσι,

(ισοε,
καὶ γλαφυροτροπῆν· τότε δὴ βίποδη Βροτῆ
δ τ' ἀδίκηντας εἴτε, καρόν δὲ εἰς δηδας δρεῖται·
τοῦτος ἕκεινος φοιτῶσι μ, αλλούμενοι τίφαλον-
χίσι.

καὶ τότε ἔσασθαι δρύμα χρόος, οἵσεικελοί,
χλαῖναντει μαλακεῖ, καὶ τρομίσαντα χιτῶνα.
εἴμονι δὲ γάνθρω πολλῶν ιερόκα μερύσ-
θαι.

τὸν πορίσασθαι, οἵσει τοι βίχεις ἀπρομέμονοι,
μὴ δέορθαί φρίσωσι μετερόμεναι καὶ σῶμα
εἰκρίδει ποστι πειδεῖται Βρός οὐ πατεμέναι,
αρμέναι

αρμηναὶ μὲν οὐδεῖς, πόλεις δὲ τοῖς τυκέσσι.
πρωτογόνων δὲ δρίφων, ὅποτε κρίνεται οὐρ
έλθοι,

(νάτῳ

δρίματα συρρέαται νεύρων βοὸς, ὁφρέπει
ὑετὸν αὐτοῖς λέπτον. καφαλῆφι δὲ πρήθυν,
παῖλον ἔχειν ἀσκητοῦ, ἵνα δαπάνη μὲν καταδίνῃ.
Τυχεῖν γαρ τὸν πέλε^τ) βορέας τεσσάντος,
πῶν δὲ εἰπεῖν γαῖαν απὸ δραντὸν δρόσην τος
ἀπὸ τηροφόρος τέταρτη μακάρων επὸργοις,
ὅς τε αρχούμενος ποταμῷ ωρὴν αὔγουστον τον,
ὑπὲται τὸν γαίην αρθεῖς αὐτοῖς θυέλλη,
ἄλλο τε μὲν θύεται πόστι εἰσδρομή, ἄλλοτε δὲ
τυκνὰ θρησκία βορέας νέφεα ήλοντοντος.
τὸν φθάμενος δρύας τελέστε, οἵνῳ δὲ νέεδαι,
μὴ πετέσθε δρανόθην σκυτόνην νέφος αὐτοῖς κα-
λύψῃ,

καὶ τάχει μυδαλίου θεῖν, καὶ θεῖματα δὲ δύσῃ,
ἄλλον τοντοναδήμετος δὲ χαλεπάταξος δέσις
χειμέριος, χαλεπός πενθατοις, χαλεπός δὲ αὖ
θρώποις.

(εἴκ.

τοπος δὲ θάμνου βασίν, ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς πλέον
αρμηναὶ, μακραὶ δὲ πίρροθει οὐφρόνει εἰσί.
Mensem autem Ianuarium, in quo sunt dies incō-
modi, et omnia bobus noxia,
Hinc ita: et glaciem, quae supraterram

Existit.

Existit, borea difficiili flante,

Qui per Thraciam equestrem in latum mare
Irruendo, id cōmouet, et reboat terra et sylua,
Multas præterea quercus altas et abietes crassas
In uallibus montium prosternit ad terram almam
Impetu suo: atq; tum omnis sylua ingens reboat.
Feræ autem horret et caudas sub pudenda posuerūt,
Illæ etiam, quorū pellis est umbrosa uellere: sed
et harum (flat.

Quālibet densa pectora habētiū frigiditate per-
Sed et per corium bouis penetrat, neq; ipsum in-
hibet: (per oues,

Et per capram protēsis pilis præditā flat: sed non

Quia earum lana est annua, perflat

Vis boreæ sed senem efficit rotundum.

Nec per uirginem tenellam flat,

Quæ intra domum apud charā matrē permanet,

Nondum experta opera Veneris aureæ,

Benè lota tenero corpore, et oleo pingui

Vncta, noctu cubat in interioribus domus

Tēpore hyberNALi, quādo exofsis suū pedem rodit

In domicilio non calido, et locis molestis:

Non enim ei sol monstrat morem prodeundi,

Sed tum apud hominum ceruleorum populum et
ciuitatem

Versatur

Versatur, & tardius Græcis lucet:
 Atq; tū sylvicubæ, cornuti & destituti cornibus,
 Lugubriter crepantes dentibus præ frigore per
 concavas quercus
 Fugiunt, & omnibus hoc est curæ,
 Qui tegumenta quærentes occupant densas late-
 bras, (podi,
 Et antrū petrosum, similes quidē tum homini tri-
 Cuius dorsum est inflexum, & caput terram in-
 tuetur:
 Huic similes obambulant, uitantes niuem. (cipio,
 Tum sanè indue munimentū corporis, ut tibi præ
 Et lænam mollem, & tunicam talarem:
 Et in paucum stamen multum tramæ intexas.
 Hanc circumjice, ut tibi pili non moueantur,
 Neq; recti horreant elati in corpore.
 Circum pedes aut calceos bouis violenter occisi,
 Aptos indue, intus pilis densatos.
 Et quando suo tempore frigus superuenerit, hœ-
 dorum iuenculorum
 Pelles consuas loro bouis, ut supra dorsum
 Conijcias ad pluuiam propulsandam: supra autem
 in capite
 Pileum elaboratum habeas, ne auribus madeficias.
 Nam flante borea tempus matutinū est frigidū,

Et supra terram de cœlo stelligero mane
 Aer ferax tenditur supra labores hominum:
 Qui haustus à fluuijs perennibus,
 Alias supra terram eleuatus procella uenti,
 Alias ad uesperam pluit, alias flat
 Borea Thracio densas niues aggregante.
 Ante hunc peractis laboribus domum redeas,
 Ne te coelitus nubes tenebrosa circumtegat,
 Et corpus humidū reddat, & uestes madefaciat.
 Proinde uita istum mensem, qui est difficilimus
 In hyeme, & ouibus & hominibus molestus.
 Tum bobus dimidium, hominibus plus affit.
 Vicitus: nā tū noctes reparātes uires sunt longæ.

Σ X O Λ I O N.

Hyemis tempus certum, & mensem borea-
 li frigore & flatuū uehementia grauissimum,
 prolixè describit, ad hoc, ut fratre, & aliis om-
 nes quibus uult fraternè consultū, eo magis
 permoneat ad solicitam præparationē & præ-
 munitionem, contra incommoditatem huius
 temporis hyemalis. In quo sicut ostendit bo-
 reus uenti esse perquam magnam, violentam
 & uariam sauitiam, non solum in homines,
 sed & in bruta, atq; adeò in mare, in terram &
 syluas quercuum: ita tradit accurate, quæ con-
 tra hanc tantam vim sint usurpanda homini
 remedia, quomodo corpora undiquaq; mu-
 nienda,

cetienda, quomodo tibanda, qua cautio ne ex-
terna opera peragenda, quomodo boues pa-
scendi. Quæ uita diuinaq; ratio pro hoc diffi-
ciliore tempore anni, latè patet: & ab omni ge-
neri hominum obseruari debet, qui hanc hyc-
mis borealis sauitiam sentiunt. Primum rem
disertè proponit in genere, postea per distribu-
tionē & circūstantiarū descriptionē explicat.
In primis autem (inquit) uita, caue & fuge mēsem
Ianuariū, hoc est, prospice tibi cōtra hoc tēpus
hyemis, quādo sunt dies omnes frigore gra-
ues, molesti & incōmodi, qui boues ipsos adu-
tant, & quasi excoriant. Et uita glaciē, que flāte
Borea est supra terrā admodū molesta & acris.

In dīa.] Per distributionem, naturā, vim &
effectus boreæ uenti tum flantis exponit. Qui
(inquit) boreas nobis Græcis à septentrione,
per Thraciam equorum altricem impetū facit
in amplum mare, quod turbulentū reddit: &
in omnes terræ partes atq; syluas, quas mugi-
re facit: tum uero ingentes & ualidas arboreo
prosternit ad terrā usq;, quam primum in eam
ingruit. Præterea efficit, ut uniuersa sylua quā-
tumuis ingens reboet *νύμφες, αινάριθμος, infinita*
& immensa. Ad hanc, tum ex uehementi frige-
re & statu eius, feræ etiā inhorrescunt, & con-
trahūtus caudis ad pudenda subductis: & qui
dem illę etiā quæ habent pelles hirsutas, quæ
& ipsas quamlibet pectora densa & benē te-
cta, aut compacta & solida, hoc est robusta &
uālida

ualida habentes perflat. Nam neq; corium bu-
uis ipsum arcet, sed ipse id penetrat, & perficit
capram habentem pilos protensos. Per oves
autem, & earum gregem non perflat, eo quia
habent lanā densam & copiosam, & quæ quo-
que anno & eo toto crescit. Cæterū fēnem
efficit τροχαλὸν, inclinatum, contractum, & ad
modum rotæ rotundum. Vel τροχαλὸν, citum,
uelocem & properatēm in incessu, quamlibet
alioqui tardum ob uirium imbecillitatem. Per
uirginem etiam tenellam, & honestiorib; pa-
rentibus prognatam, non perflat: quia illa
domi apud charam matrem, dum nōdum ru-
psit, & uiri concubitum sensit, moratur, & pa-
chritudinē corporis lauacris & oleo exornat.
Noctu uero in penetralibus & interiorib; con-
clauibus domus cubat tempore hyemis in pri-
mis acri. Hic obiter curam uirginum, quæ
antiquitus in honestioribus familijs habeba-
tur, honorifica quadam mentione prosequi-
tur, & in exemplum imitationis proponit.

λίπτι] pro λιπάρῳ, per acopopen. Vel, pro λί-
πται ἵλαις. uel λίπται peculiari usu, ut sit μονίτην
& ἀκλιτον. Est admodum hæc uox Poetis pri-
scis usitata, quibus tēporibus moris erat, post
balnea oleo corpora inungere, ad obstruc-
dos poros, & humiditatem includendam. No-
merus *idvav.* 3.

αὐτὰρ πεισθεὶς πάντα λίπασαν οὐδὲ λίπτι
Ibidem lib. 7, & Iliad. x. Thuc. lib. 1. λίπασθεν
γρυπέο

γενεθλίου διατάχεται, οἷος post exercitationem ungebantur.

Ἐπί αὐτῷ.] ἀκμὴ & uigor & uehemētia ὑετοῦ indicatur hoc polypi piscis more, qui tum abditus latet, & de suis acetabulis sedat famē. Ita non nudè & simpliciter hyemis uehementiam exprimit, sed natura polypi cognitu uti li, ex historia animalium petita. Quo modo si singula uerba Poetę nostri in hac quamlibet prolixa descriptione brumæ perpendantur, anim aduertetur nullū prorsus esse ociosum, sed unumquodq; continere aliquid quod sic aut φυσικόν, aut ἀγροτικόν, aut ἀδικίαν : sicut etiā alia omnia in toto hoc opusculo traduntur ab ipso, non solum perquam prudenter & utiliter, sed admodum apte, eleganter, figuratè & spauiter ; ut utrè illud Horati de ipso dici possit, quod miscuerit utile dulci, & hoc modo omnē ferat punctum. quod certè apud intelligentes ei contingit.

Ἐδιοι.] locis consuetis. Ita enim Poetæ usurpant hanc uocem ἐδία, non solum pro moribus & consuetudine : sed & pro diæta consueata, pro pabulo, pro loco, & id genus alijs ad quæ parta est assuetudo.

ὑπέρηφα.] in domicilio frigido, calore Solis destituto, eo quia tum Sol procul abest, & diutius uersatur apud Aethiopas quam apud Græcos. nec dum ipsi polypo ostendit νημα legitimam & solitam commoditatem ἡμερᾶς, scilicet

scilicet *ωρίς*, ad prodeundū ex locis illis in quibus abditus lateat. Hic locus est Astronomicus, quia tum Sol cum est in Sagittario, diutius moratur apud meridianos, quam apud Septentrionales.

νέατη.] Exequitur reliquos effectus tristores huius partis hyemis.

νεονίτας.] vocat feras in sylvis degentes, & noctu cubantes. *μυλωνύτης*, dentibus stridentes & crepitantes propter frigus.

σκίτα.] tegumenta, *αὐτὶ τοῦ σκίτας, à σκίταις*, quod significat tegumentum, domicilium & receptaculum.

γλάφου.] concavitatem & antrum petrosum.

ψικόδη.] seni, tribus pedibus incedenti, ut Scipione iam suffulto. Et respicit fortasse ad sphingis ænigma de homine. Quod argumentum tractatur ferè ab omnibus Tragicis, præcili pue à Sophocle in fabulis tribus.

ἰπιλαγεῖ νῶτα.] cuius dorsum est incurvatum, quasi sit fractum.

νίφα.] pro *νιφάδα*, defluxum & densitatem nivis.

νέατη ἵστετασσα.] Hactenus prolixè secundum omnes circumstantias descripsit tempus brumale, in primis frigidum : hic cōmunitonem corporis contra id tradit.

ἔρυμα.] tegumentum, quo protegas & defendas corpus.

έστι λούσι.] ut tibi præcipio, quod & re-

ctu m

Etum pro more est, & utile pro frigoris propulsione.

χλαῖναι.] lænam & pallium, quod Græci super tunicam induebant. *χτῆνα* uult esse longam, & ad talos usque protensam.

γάμοι.] Modum eius texendæ tradit, quo fiat densior, & aptior pro hyemis iniuria. in paucum (inquit) stamen, multū tramæ & subtægminis intexas. *λεπίκα* uocat tramā & subtægmen. Et est enallage casus, pro *λεπίδῳ*. Et subiungit usum talis uestis indutæ: quia bene communiat corpus, ut pili non inhorrescant, sed maneant intrepidi. Pedes sunt communiendi calceis accommodatis, qui sint confecti de corio bouis ualidi & sani, quem fuit difficile & laboriosum prosternere. uel, qui fuit robustus & sanus cum prosterneretur: talium enim coria sunt firmiora, quam morbo perreuntium. Et hi sunt intus constipandi pilis.

προτεγένεια.] Ex pellibus hædorum primogenitorum, ut uegetiorū, uult confici cooperimentū quoddam, quod circumiçiatur dorso, hoc tēpore gelidiore, ad frigus propulsandum. Caput uero dicit communiendum esse pileo elaborato, qui aures etiam tegat, & defendat à pluuiâ: quia ferè tempus matutinū intuma, sub Borea uento est frigidius. Tum etiam manæ, nebula πυροφόρος, id est σιτοφόρος, ferrax & frugib. cōmoda, de callo sereno, in quo multæ cōspiciuntur stellæ, protenditur in terræ

suprā sata: quæ ex fluuijs hausta, alte in cœlum eleuatur, flatu uenti: & ad uesperam interdum conuertitur in pluuiam, interdum in uentum ex uehementi boreæ agitatione. Est hic locus Meteorologicus, in quo respicit ad causas pluuiarum & uentorum *αἰγαλίον* semper flantium. Quia multi putant uentos ex aquis existere, sicut & Herodotus dicit, *τὸν φεράμενον.* Ex frigido solet aura existere: sic & Poeta uult, ex humidis evaporationibus existere nebulam, quam crassiorem quidem conuerti in aquam, subtiliorem uero in aerē & flatum.

τὸν φεράμενον.] Hæc nebula obseruanda diligenter, & cauenda. Et siquidem sunt foris quædam opera peragenda, uult properandū esse, ut illis celeriter expeditis, liceat domum redire, antequam ad uesperum atra nubes ingrauescat, & ipsum cooperiat, ac magno imbre madefaciat usque ad cutim.

ἄλλη ὁμιλία στρατοῦ.] Repetit hic in fine admonitionem de uitando hoc mēse, ut admodum difficulti. Hactenus prolixè eius difficultates & molestias exposuit, quibus & brutis & hominibus sit perquam incommodus. Et subiungit cibandi rationem tum usurpandam, pro & bobus & hominibus. Bobus uult dimidiū pabuli partem detrahendam, quia tum non laborent interdiu: hominibus uult aliquanto plus de conuenienti cibo addendum, propter noctes longiores, quibus & ipsis homi-

nes tristis quiescunt ab omni labore: & quia
mūti ventriculi propter antiperistasis sint cali-
diores, & cibi maioris appetentes.

νηματία.] Significat cibum salubrem & con-
uenientem, πάρα τὸ τῷ φυχῇ ἀρμόζειν, ab eo quia
animo conueniat, & sit gratus. Vel πάρα τὸ δέο-
ς, quia corpora erigat & confirmet. vel διὰ τὸ
διάνυσθαι φύγει τὰ σώματα, quia ad modum
currus corpora gestet & suffulciat.

σύφρενος.] uocatur à Poetis nox, πάρα τὸ οὐρα-
νός εἴμας ἡ νύκτη: ab eo, quia nos in ea bene co-
gitemus. Vnde est hoc proverbum, οὐ γυπτὸς δέος
ἀσχολεῖται, λεγός γίνεται πραγμάτων, cum intellectus
etius intenditur in suis ratiocinationibus, effi-
citur iudex negotiorum. Vel πάρα τὸ σύφρενον.
ἡ σῶμα διὰ τὸ αὐταύτων, quia corpora exhila-
rat & refocillat per quietem. Et inde adiicitur
ἰπέρροδοι, id est ἵππικροτος ηγετούς, quia corpus & a-
nimatum reficiant & subleuent. Hoc postre-
mium preceptum est Διατριπή, quo etiam alii
ferè huius loci referri possunt, quæ ita prolixè
& accuratè exposuit, ut doceret quæ accura-
tior pro tempore hoc grauiore cura esset haben-
da ualestinis & virium, in amictu, uictu & si
uilibus, quæ sunt de diæta ratione, & habent
nihil προφυλακῆικο.

προεῖται φυλακούμενος τε πελεσμάτου εἰς γύναιον,
αντόμη,

Ισθανόμενος τε κύηματα, επόκυν αὖθις
γὰ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον γένεται,
εὗτ' αὖ οὐδὲ ξένη κονταὶ μετὰ τροπὰς πελίσιοι
χειμώριοι τε λέσης κύματα, οὐδέ τότε
σηρ

αργατιθρῷ πθλιπών οὐρόμηρον ὀκνανοῖο,
πρῶτον παμφαίνειν ἐπιτέλεται ἀκροκύ-

φεος, (δῶμ,

τόνδε μετ' ὄρθρογόν τανδίονίς ὁρτο χελ-
ές φάσος ἀνθρώποις ἔφεσον εορτικώνοιο. (νομ.
τῇ φθάμενος, οἵνας ποθεταμένειν, ὡς δὲ ἀμε-
βλλ' ὄπότε με φερέσαις ἀπὸ χθονὸς αὖ φυτά
βαίνειν, (νέωμ,

πλικάδας φεύγωμ, τότε δὴ σκάφος ὑπέλειο-
αλλ' ἀρπάς τε καραοτέμναι, κύδιμην τε γέ-
ρειν,

φεύγει δὲ σκιερὸς θώκος, καὶ εἰπ' ἀντικοῦ
ἄρη γένεται, ὅτε τὸ πέλιον χρόα καρφοί,
πικθές σπεύδειν κύδιον καρπὸν στύεσθαι,
ὄρθρος αὐτισάμενος, ἵνα τοι βίος αρκειος εἴη.
πώς γαρ τὸ ἔργον τρίταις ἀρκείεται αἷσα,
πώς τοι ποφέρεις λόδισ, ποφέρει τὸ γέρον.
πώς, πτε φανεῖται πολέας ἐπέβησε κελεύθουν
ανθρώπας, πολοῖσι δὲ ἦδι γυγάδεσσι τίθεσθαι.

Hæc custodiens in totum appuit,

Εκάδης

Etæques noctes & dies, donec rursus
 Terra omnium mater fructum proferat uerum.
Quando post solsticium sexaginta
 Dies hybernos Iupiter absolverit, tum astrum
 Arcturi deserto sacro fluxu Oceani,
 Primum apprendo uesperi exoritur.
 Post quæ hirundo filia Pandionis querula prodit
 In conspectum hominum, uere primum ineunte.
 Hanc antevertens uites putas, sicut est cōsultius.
 Sed quādo domiporta de terra cōscenderit plātas
 Pleiadas fugiendo, tum non est amplius tempus
 fodiendi uites:
 Sed falces acuas, & excita seruos:
 Loca autem umbrosa fugias, & somnum usque ad
 auroram
 Tempore mesis, quando Sol corpus siccatur:
 Tum properes, & fructum domum congreges
 Manè surgendo, ut tibi sit uictus in promptu sufficiens
 Nā aurora diei tertiā partē sibi uendicat: (ciens,
 Aurora promouet iter, promouet & opus:
 Aurora quæ ortu suo inducit in uiam multos
 Homines, & multis bobus imponit iuga.

Σ Χ Ο Λ Ι Ο Ν.

Praeceptum de pascendi ratione cōmendas,
 & uult accurate & prudēter seruandū per totū
 annum,

226. IN H E S I O D V M
annum, ab una æstate usque ad alteram : ita ut
consideretur quantitas dierum & noctium, &
pro ea & pabulum iumentis & hominibus ci-
bus præbeatur. Et sicut ipse præcepta sua ince-
pit ab æstate : ita hoc idem tempus æstatis uult
esse finem anni circumueuntis & circumuoluti
ipsi agricultoræ. Nam cum dicit ἀρόνγρῳδις, uide-
tur intelligere æstatem declinantem ad autu-
mnum : tum enim maturerunt omnis gene-
ris fructus.

iv. τ' αὐτὸν.] Hic redit ad tempus uernum, cuius
certa indicia tradit, ex quib. cognosci possit :
& præcipit, ut in ipso reditu hirundinum, aut
etiam paulo antè, uites putentur. Primum
est cognoscendum ueris tempus, ex duobus
mensibus, siue diebus sexaginta elaphis post
Solstitium brumale. Deinde, ex ortu x̄που περι-
cturi, uesperi post occasum Solis apparentis.
Tertio, ex reditu hirundinis manū incipientis
sua querula & lugubri uoce canere.

μεταδιοίσι.] Respicit ad fabulam de Progne
& Philomela, filiabus Pandionis, tandem uer-
sis in aues : illa in hirundinem, hæc in lusci-
niam. De qua fabula passim multa extant a-
pud Poetas, & apud Ouid. in Metamorph.

τοι φάσι.] in lucem & conspectū hominum.
Videtur Poeta quoq; esse in hac opinione, ut
putet hirundines per hyemē latere quasi mor-
tuas, uel in nidis, uel in fundis aquarū. Alij pa-
tant, eas auolare in regiones alias tepidiores.
etiam.]

¶ .] iam primū incunē, quæ prima dies
mensis cuiusq; uocatur *reputia*, uel *ixij rīa*, si-
cat postea indicabitur.

¶ .] Consultius est uites amputare ante
reditum hirundinum, quam post eum.

¶ .] Progreditur ad æstatem, & tem-
pus menses, ab initio huius libri traditū, sub or-
tu Pleiadum heliacō, quæ mense Iunio manet
ante Solis ortum apparent. Sed adiungit aliud
etiam signum huius laboris cōspectius, & ma-
gis obuium, quipuix ascensum supra plantas &
uirgulta, ob fugam Pleiadum. Per quipuix
intelligunt nonnulli testudinē, Latine dictam
à Poctis domiportā. alij animalculum quod-
dam album, locustæ simile, alij quiddā uesti-
matus. Hoc certum est, fuisse aliquod animal-
culum in illis locis notum & frequens, quod
illo tempore anni solebat pro uitando solis
castra petere plantas & uirgulta.

¶ .] Tum fossio & alia cultura uitium est
interpretanda, & curanda quæ ad messem at-
tineant: actuendæ falces, serui excitādi, fugien-
da quies in umbra, & somnus usq; in aurorā,
nec æstus & siccitas Solis curanda. Quia tum
sit tempus opportunum messis, quod sit dili-
gentissimè urgendum, nec ullum momētum
occasions eius negligendum: sed summo ma-
ne est surgendum, & festinandum quam maxi-
mè in demetenda segete, & importanda, ut ne
quid decedat, quod faciat ad sufficientiam ui-
tus

338 IN HESIODVM

Etus in hyemem & reliquas anni partes.

¶.] Subiungit cōmendationē egregiam auroræ, in qua ipsam præfert alijs diel' partib' quās facit tres: & inter eas auroræ, hoc est, tempori matutino non solum contribuit locum primum, sed eum etiam longè commodiorem, ad labores quo slibet aggrediendos & promouendos, quam alijs diei partibus: ut si sint diei horæ sedecim, inter eas duodecim erunt laborum, reliquæ tres refectionis iantaculo, prandio, & in cena. Inter horas laborum uendicat sibi aurora partem unam, & eam ut commodissimam ad iter & quodlibet negotiū promouēdū: ita primā, & ob hoc ipsum commodissimam, qua ob vires per nocturnā quietem reparatas, homines sicut esciatores ad labores & suos & iumentos. Hęc autem cōmendatio auroræ, est accōmodanda etiā ad negocia, & præcipue studia nostræ, quibus illa uulgo etiā dicitur amica esse. Quę qui dē studia quo sunt præclarioris culturæ, nēpe ingeniorum & animorum humanorum & maiori diligentia & tempore commodiōri geri debent: quale quidem tempus nemo nō experitur esse hoc matutinum.

πριμος ἡ σκόλυμός τ' αὐθεῖ, καὶ πάχεται τέσσερις
διγνόμεων ἐφεζόμενη, λιγνῷν δὲ πελαχόντες αὐτοὺς
δίλω

πανκνὸν τὸν πέριγγαν, θέρας καματέοντες
πίκε.

τῆκος πόταται τὸν αἴγες, καὶ οἶνος αρίστος,
μαχλότατος ἡ γυναικεῖς, αὐθαυρότατοι δὲ τὰ
ἄνδρες

ἔστι, ἐπεὶ καφαλλὺν καὶ γύνατα σέριος ἔχει,
αὐστέος δὲ τὰ χρῶς νέως θάσιαί ματθεῖ. ἀλλα
τότε πότης

τὴν περιβολήν τε σκιᾶν, οὐδὲ βίβλιον οἶνος, (νάρων,
μαζᾶς τὸν ἀκολυχαίκην, γάλα τὸν αἴγαθον σεβαντυτε
οὐδὲ βοὸς ὑλεφάγοιο κρέας, μή πωτείσκυντος,
πρωτογόνωμ τὸν ἔριφων. ἐπί δὲ αἰθοπα ποτέ^{την}
μὲν οἶνον,

ἔν σκιᾷ ἐρόμενον, λειψρημένον πότορεισθείτος,
αὐτίονδικράτεος αὐτέμ διέταντα πρόσωπον,
κερύνης τὸν ἀγνάστην ἀκρρύπτει, οὐδὲ ἀθόλωτος.

Γρις ὑπάλιος περιχέδην, τὸν τέταρτον οὐκέτι σῖντο.
Διμῶσι δὲ ἐπορύνειν δημότορος οὐρόμετακτοῖ
θλινέμενον, εὗταν πρώτα φυκῆ μένος ἀρίστος,
χώρῳ δὲ διέστειλε, τοῦ διέρροχάλων δὲ πλευτῆ, (διό
μερέω δὲ δικομίσασθι δὲ προμητεύστη πάτερεπάντη
ταῦτα βίον κατέθναιεπάρμενον διέθεντο
διπτέσσοικον ποιεῖσθι. οὐδὲ τεκνον δρίθον (καὶ
δικεαδέσποτα μεταχειρίσθιον δὲ πότοροντος ἔριθος·
οὐδὲ πιάσθιε παρχαρόδεντος ιομένην, μή φέαδεο σῖτον,
μή ποτὲ στήμερόν δεῖσος αὐτῷ δέκτε χρήματα ελύτη).
χόρον δὲ ἐσκομίσαε, οὐδὲ συρφεῖται, σφραγίσας τὰ εἴσα

βασι

340 IN HESIODVM

Βοσικὴ μιόνοισι γέπνετανού. αὐτὸς ἔπειτα
θημας ἀνατίνεται. Οἰλα γουάτα, καὶ Βόι
λῦσαι.

Quādo autem iam floret scolymus, et sonora cicada
Insidens arbori acutam effundit uocem,
Affiduam sub alis, tempore aestuanti solis.
Tum capræ sunt pinguisimæ, et uinū optimum
Mulieres autem salacissimæ, et uiri languidissimi.
Sunt, quia Sirius adurit capita et genua,
Et sub aestu corpus siccum. tum ergo aspit
Umbra petrosa, et uinum Biblinum,
Et massa lactea, et lac capraru definentiū lacteum
Et caro uitulæ sylviuoræ, nondum enixa, (το)
Et hædoru primogenitorū: et ad bibas uinū nigrum.
In umbra sedens, satur cibo pro uoluntate tua,
Versa facie uersus uentum temperatum,
Et fonte perennē et defluentem, qui suū līpidus,
Tres aquæ partes infundas, et quartam immix-
tas uini.

Famulis autem insistas ut sacrū Cereris fructus
Vertant, ubi primum apparuerit uis Orionis,
In loco perspirabili et in area rotunda,
Et sub mensura importa in uasis. sed postquam
Seposueris omnem uictum intra domum dispe-
susum,

Merce-

Mercenarium conducas carentem domo, & ancillam sine liberis

*Iubeo te dispicere : quia ancilla liberos habens
est incommoda.* (cas cibō,

Et alas canē serratis dentibus præditum, nec par

Ne quādo vir interdiu quiescēs tibi detrahat res,

Et importes sēnum & paleas, ut assit

Bobus & mulis in annum. deinde autem

Refocilla seruos chara genua, & solue boves.

S X O Λ I O N.

*Reliquum tempus æstatis à solstitio usque
ad autumnum exequitur. Primum commen-
dat huius temporis feruidioris effectus pecu-
liares, in stirpibus, animalibus & hominibus
sexus utriusq;. Deinde prescribit uictus & dia-
te rationem certam, pro *ληπτα* corporum isto
tempore sicciorum & languidiorum. Postea
tradit de tempore triturationis, de loco eius,
de sepositione frugum, de idoneis mercena-
rijs, de cane pro custodia rerū domesticarum,
**contra fures alendo, de feno, & id genus alijs
importandis pro bobus & mulis.** Postremò
de seruis & iumentis refocillandis, post labo-
res æstatis peractos, & fruges importatos. Est
hic insignis locus, in quo multa tradūtur quæ
sunt liberalis & utilis cognitionis, & pertinet
ad officium prudentis patrisfamilias.*

*Ἴμερον οὐκέτι μόνον.] Hæc sunt æstatis mediæ
signa,*

signa, ab effectis eius petita. Tum enim ~~enfusa~~
μὲν, hæc species cardui, floret: & cicada ἔχει
uocalis & sonora, quæ est alijs speciei quam
hæc nostræ, supra arborem hærens effundit uo-
cem acutā, ex crebra uibratione pellicula sub-
alis. Et hoc facit non omni, nec totū die, sed
horis feruidioribus diei sereni. Tum tempo-
ris, cum hæc signa apparent, capræ sunt pin-
guissimæ, quia desierunt lactare, & pastum uo-
berem & succulentum habuerunt: & uinum
est optimum, ut iam defecatum & purum esse.
Etum, per suas solitas etiam in uasis ebullitiones & cōcoctiones: mulieres sunt tum lasci-
uissimæ, quia earū humidior & frigidior ~~λέγων~~
temperatur temporis illius calore & siccitate;
viri autem sunt languidissimi, quia corpora
eorū calidiora & sicciora: & Siria stella, vulgo
canicula dicta, tum supra capita eorum cum
sole cosmicè circumiens, quæ est illis peculia-
riter infesta, exiccat, & sol æstu suo uhemen-
ti resoluit & arefacit. Proinde tum erit utend-
dum sua diætæ ratione peculiari, que sit ~~αἵρεσις~~
~~ψυχική~~ & refectionis commodæ. Tum enim lice-
bit uti umbra opaca inter petras, & uino Bi-
blino, uel dulciori & nobiliori, ut nonnulli
uolunt, & ex Thracia aduecto: aut ex Biblio
uite Thraciæ collecto: uel, ut alij uolunt, ro-
nui & aquoso, quod magis conueniat ~~αἴτησις~~
quale sit populi in Assyria iuxta Biblum & Le-
banum degentis, qui sit ~~αἴτησις~~. Tum etiam
~~αἴτησις~~

afsit tibi in usu uictus μέσα ἀμολυάτη, libum & placēta lactea, ex farina & lacte confecta. Hęc μέση erat genus panis delicioris, ad quem accedebat lac aut butyrum. Alij uolunt, fuisse caseum quendam pinguiorem.

γένη:] Lac autem caprarum, quæ tum primum desinant lactare, probat: quia lac capræ suæ putarunt & plus & salubrius nutrire. Carnem uero pro tempore illo commendat, quæ sit uitulæ adulteræ quidem, & cum alijs uaccis progressæ in pascua syluarum: sed quæ nondum sit enixa. Sic & hædorum primogenitorum carnem commendat, quia utraq; hęc caro est & θύρας & ιππίς, & succi boni, & concoctionis facilis, & fortasse etiā multi nutrimenti, illa præsertim uitulina.

द्रवा:] Nigrum fortasse & rubrum uinum intelligit, quod ut pinguius plus alat. Vel calidum & potens, quod pro meliore concoctione in prandio & cœna petet interdum sumendum esse, ad carnes præsertim.

λειχήν:] Aut uult, in umbra amœna estiam prandeat: aut uult, ut postquam sit prandus, & λιμόνιον & ὕδωρ idūs, satur & repletus cibo pro appetitu & uoluntate sua, deinde petat umbrā, & sub ea sedens quiescat, uersa facie erga flatū temperatum, & fontem perennem & desluētem, & eum limpidum & purum. Ex quo fonte, si interea sitiat, petat tres aquæ partes ad unam uini, quæ sit quarta pars potus.

temperati & salubris ad sitim sedandam. Nam
tum in Græcia moris erat, illa fortiora uina a-
qua temperare: sicut hæc apud Athenæum &
alios est legere.

λαῶσι.] Hoc præceptum est de trituratione
rum per seruos non aliquo suo magno nego-
cio expedienda. Tempus eius tradit ortū he-
liacum Orionis, qui incidit in mensem Augu-
stum. Tū uult excitandos esse seruos ad istum
laborem perficiendum, in loco perflatili areg-
totundæ, uel planæ & exequatæ, ut fiat æqua-
lis & commoda trituratio.

μήτρων άτ.] Prudens admonitio de seponen-
dis trituratis in sua repositoria, cum mensuræ
ut & ipse sciat, quantum frugum seponat: &
serui & uicini non sperent, posse aliquid ipso
clam auferri. Et has fruges omnes uule sepo-
ni in domo propria, & quasq[ue] apud sepono:
quod & Aristoteles in primo *εἰδῆς τέχνης*, fi-
ne præcipit, & Xenophon in suo *Ωροπονι-
κό*. Deinde post hos labores peractos, progre-
ditur ad sequentis autumni & hyemis nego-
cia: & præcipit, in conducendis mercenarijs
seruum esse conducendum, qui non habeant
domum aut familiam, cuius cura distraharur,
& in quam cupiat aut possit quid clam suite-
ptum inferre: & ancillam ad lanam elaboran-
dam, quæ nulos habeat liberos. quia quilibet
liberos habeat, sit ualde incommoda: nam co-
gatur eos subinde accedere, & aliquid ad eos
deferrere

deferre: aut illi ad eam cōmeent, & ipsam in laboribus impeditant. Quia autem tales mercenarij non sunt obuij, iubet eos diligenter dīspicere & inquirere.

ἀγελάνως.] Canem etiam non uult abesse à diligentí domus administratione, sed præcipit, ut & assit, & is idoneus: tum uero, ut in eo alendo non parcatur cibo, & quidem ad hunc præcipuum usum, ut noctu furi non concedatur aditus ad aliquid surtriendum. Per *λαρυγγίδαν* intelligit idoneum & utilem, hoc est, acrem, vigilantem & fortēm, qui habeat dentes asperos & serratos, qui ausit inuadere furem, & possit eū apprehensum tenere. Hoc epitheto ferè Poetæ ornant canes generosos, & usui aptos. nec temerè præcipit, talē canem liberaliter esse pascendum: sed quia iudicat, & chus fidelem operam uigilantiam īp̄ hoc merebitur, & ipsum inde erga dominum & res eius in sua fidelitate excitari. Nam est hoc animal domesticū, & habet suās quasdam satis illustres humanæ consuetudinis uirtutes: nec destituitur & beneficētē sensu, & studio gratitudinis.

σύμπιστης.] uocat furem, bellē: à prosequitione quietis diurnaz, ob somnum noctu intermissuor.

Ἄγριος.] Præcipit importationem feni, & aliorum quæ bobus, mulis, & alijs iumentis & pecoribus usui esse possint: sub quo præcepto comprehendit omnēm aliam preparatio-

nem contra iniurias & difficultates hyemis.
 Fœnum autem non tum demū in Septembri
 esse demetendum sentit: sed antē suo tempo-
 re demesum, & in cumulos pyramidales con-
 gestum, & in pratis sub dio relictum, pro mo-
 re illarum regionū, tum putat importandum
 esse, antequam pluviæ autumnales inuale-
 scant. Per *εὐρητόν* intelligit non tantum pa-
 leas & stipulas, sed & folia & uirgulta uitium,
 quercuum, & aliarum arborum atq; fruticum;
 tum uero herbas, & id genus alia qua iumentis
 & pecoribus in hyeme possint esse quod-
 dam non incommode pabulum. Nam haec
 vox Græcis usurpatur in tanta significatione
 varietate: & inde *μιτραργίας* est in crebro usu,
 pro multitudine promiscua plebis, vulgi, &
 omnis generis hominum. Et *εὐρητάς* nos
 catur populares & plebei, *δημογύμνοι* & *τοξογυμνοί*, qui sapiunt plebem, qui eius curam ca-
 ptant, & se ad eius opinionis intelligentiam
 & approbationem accommodant.

εἰπών.] Admodum humanum præceptum,
 de danda sua quiete & recreatione etiam ser-
 uis & iumentis, post labores æstatis conti-
 nuos peractos: ut reparentur ad sequentes
 uindemias & autumni, ad quos defatigati nō
 possent sufficere. Ideo Aristoteles *ἰδικῶν* cap.
 9, hanc etiam unam statuit ex causis, propter
 quas prisci festa & sacra post importatas fru-
 ges celebrabant. *αἱ αἴρχαι τριῶν τὸ οὐρανόν*, quia
περιβολή.

ποντα γινοθαι μετα της την θερπημ συγκομιδας, εις απαρχην μαλισα γινεται την ισχολασην τοις λαοις. Nam prisca festa & concilia, uidentur celebrata esse post importatas fruges, tanquam primitiae. quam istis temporibus maxime ocio uocabant.

* φίλα γνώστα.] Per appositionem uocat chaeta genua, quia in seruis sit robur & industria, per quos expediantur labores : & ideo debent esse chari, & illorum virium & ualeutudinis sit ratio habenda. γνώστα autem usurpantur pro potentia, viribus, & robore. Est usitatum Poetis, & præcipue Homero, apud quem est hoc crebrū, τάῦτα διῶρ οὐ γνωστά λέται : quo significat, omnia potentia & prouidentia diuina administrari. Nec male uocat serum φίλον, quia ut non sit erga ipsum, ut serum, amicitia; quia hac ratione est φίλον : tandem est amicitia erga ipsum, ut hominem, & qui est instrumentum εγεννητού, quo rationali, alia & αψυχα & άμφυχα θρησκευτικα administrantur.

εὖ τ' αὐτὸν οὐδέποτε κρὶ σείσεος τε μέσορυ ἐλθε
δρασθεὶς, αφκτοθρεού οὐδὲσιδηρόσθατοντελεῖ
πάσι,

τοδέ τοι ταῦτας εἰπόμενε περικεκε
βότηρος,

λέξαι οὐδὲλέσιον Λίκανοματα καὶ δέκανι
κτῖσις, (σας

τετύπτε τὸ συστιαῖσαι, ἐκτῷ δὲ τὸς αὐτῆς φύσεως
q 4 διῆρε

λάρης διωνύσος πολυγνήτεος. εὐτάρης ἐπίκυρος
πληγιαῖς θ' ὑάδης τε, τό, τε αἰένος ὥριων
θύμωσιν, τότ' ἐπειτ' αἴροται μεμνημένος
ἄρεας. πλέιστον δὲ κατὰ χθονὸς αἴρεται.

Postquam autem Orion & Sirius peruenient
in medium

Cœlum, et aurora rosea aspicerit arcturum,
Tum ô Persa decerpas domum omnes boatos.
Et exhibeas soli decē diebus et decem noctibus,
Quinq; autem retineas in umbra, et sexto in uer-
sa haurias

Dona Bacchi exhilarantis. Sed postquam
Pleiades & Hyades et robur Orionis
Occiderunt, tum sis memor arationis (spositus.
Tempestuæ. atque ita sit annus supreterram di-

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Qui reliqui sunt de laboribus terræ, eos e-
xequitur, & paucis perstringit tempus & mo-
dum uindemiarum: postea statim subsequentem
opportunitatem arationis monet captandam
esse. Atque ita absoluit præcepta de laboribus
totius anni supra terram. Vindemiarum tempus
indicat esse, quādo Orion & Sirius manū con-
spiciantur in medio cœli: arcturus autē orien-
tur cosmicè, quod sit Sole in librâ ingrediēre.
dūfau.] Hoc intelligunt nonnulli de qua-
dam

Æsterni uini præparatione, non sine suis cau-
 si: sed mihi magis placet, esse generale præ-
 ceptum, de modo uindegandi pro temporis
 bus & locis illis optimo. Neq; enim tam sa-
 piens Poeta, & in studio suo omnia utiliter &
 diligenter tradendi, potuit omittere, quod
 communiter rectum uideretur, de fructu agri
 culturæ non postremò percipiendo. Et hæc ra-
 tio relinquendi uvas calcatas sub dio per ali-
 quod tempus, etiamnum non est fortasse inu-
 sitata apud omnes populos etiam regionum
 nostratum. Imo uero rubra uina apud nos
 dicuntur inde fieri non solum coloratiora,
 sed & pinguiora & fortiora: nec hoc spa-
 cium quindecim dierum est ita longum, & for-
 san præscribitur ut summum, quod pro cu-
 iusq; prudentia & rerum usu præcidi possit.
 Sed & uerba ipsa generalem & nō absurdum
 sensum præbent, nam dicit *πάντας ἀπίληπτα, οὐδὲ*
 partem, sed omnes decerpere botros, & eos do-
 minum asportes: & *διέφευξεν*, exhibeas soli per de-
 cem dies & noctes, ut fortasse ebulliēdo per-
 coquatur uinum: & deinde retine in umbra
 per quinq; dies, ut ex illa ebullitione feruor re-
 primatur, ut deinde sexto die sedatum & tem-
 peratum in uasa recondatur. Præterea sub-
 jungit *Δῆμος διερύσας πελεγόντος*, munera Bacchi
 letificatis. quibus uerbis intelligit uina ex o-
 mnis generis botris, seu uina ut communiter
 pro potu usurpantur, ad corpora roboranda

& animos exhilarandos. Hic sensus uidetur neq; rei incommodus esse, neq; à uerbis alienus: non tamen eum contra cuiusquam meliorem defensum cupio.

αὐτὰρ.] Deinde, inquit, obserues occasum Pleiadum, Hyadum, & Orionis: & circa illius scias tempestiuam esse arationem, de qua memori mente & solicite cogites, nec quid oscitanter agas aut differas. Atq; ita Poeta in istis præceptis de laboribus rusticis, pro acquisitione honesta & utili progressus per tempora & opera cuiuscq; partis anni, usq; ad labores illos, à quibus orsus est hunc librum, concludit hunc locum, & dicit: Atq; ita sit annus aptè dispositus & distributus pro laboribus & cultu terræ. πλεύμῳ uocatur annus, ab eo, quia plura tempora in se contineat, ἀπὸ τῆς πλεύσεως χρόνος πορίχαιρης αὐτῷ. uel, παρὰ τὸ πλεύμῳ καὶ πλεύσιᾳ τὸ πεταγμένος χρόνος, ab eo quia uerget & peragret ordinata tempora.

αὐτή σε ναυάλικος θυσιεμφέλος ἴμερος αἴρει,
αὐτ' αὖ πληιάδες θένος ὅμιβερμογόριαν φεύγουσαι, πιπήσιν τὸς πέροφθολέας πόντοι,
δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύσιν τὸν πάτακον.
καὶ τότε μηκέτε νῦντος ἔχειν γνῖσι οἶνοπι πέρτη,
γλῶς δὲ δργάζειν μαυρημένος, ὃς σε λελόι.
γῆς δὲ τὸν πάπερές δρύσας, πυκάσας τελέσι
τοιούς

παν-

παντόθεν, ὅφες ἔχωσ' αὐτέμ αὐτὸν μηδός οὔρομέν
γέντωμ,

χάμαροι μέτροι τοῖς, οὐαὶ μὴ πάθει μήδος οὔρος.
ὅπλα δὲ παρέμεινα πάντα τεῦχοντι λατθεο
οῖκοι,

Οὐκόσιμως εολίσται νηὸς πῆδρας ποντοπόρου.
πανταληιού μὲν σύνοργες πάντες λατθεο
ταῦται.

αὐτὸς δὲ ὁ ὥραῖος μίμνευτος πλόοι, οὐδόκην ἐλθει.
οὐ τοῦτον τὸν θολώσσελαδὸν λατθεοντι, διὸ δὲ τε φόρε
τομ

αρμγνοι μέττωνται, οὐδὲ οἰκαδες λατθεονται
πάσιες ἐμός τε πατητος καὶ σὸς, μέγας νέπος
παρθεν.

παλαιοῖς επικενηνοστι, βίσις λεγημένος ἐδιλλᾶ. (Ταῦ
δε ποτε μὴ τοῦτο μήδε πολιαὶ οἴξι πόντοντον αὐτὸ^ν
κύκλου αὐλίδα πεθλιπῶν, γὰρ τοι μελαίνη,
τοκτεφρος φοβύφων, δεδὲ πληστόν τε τοῦ ὄλβορον,
αλλακτοκλινῶνταί τοις ἀνδρεσοις δίδα
νασσατο μέττυχοντος, οὐδὲντοντι πάντας (στο^ν
τοκτεφρος, λαμακτοκλινῶντος, θέρει μὲν αργυραλέκη, οὐδὲν
τοτετοντι πάντας).

Quod si autem te navigationis periculosa capit de-
Quando uim ualidam Orionis Pleiades (siderium,
Eugientes, decident in obscurum mare;

Tum sanè flatus uariorum uentorum præcipites
feruntur, (sciro,

Tum quidē nō amplius retineas naues in mari ob-
Sed terram colas consideratè, sicut tibi præcipio.

Cæterū nauem in continentem extrahas, &
lapidibus reficias

Vndiq; ut arceant uim uētorum flantiū humidū,
Extracto clavo carinæ, ne putrefacat imbre.

Præterea omnia instrumenta in domo tua dispo-
sitare recondas

Aptè, nauis pontigradæ alis compositis,
Et gubernaculū elaboratū supra fumū suspendas:
Tu uero expectes navigationem tempestiuam do
nec adueniat.

Actum quidē nauē uelocē in mare trahas, et onus
Aptum imponas, ut domum lucrum aportes.

Quemadmodum meus & tuus pater, Persa incō
Nauigauit, egenus uictus boni. (siderate,

Qui quondam huc etiam uenit multo mari
Deserta Cuma Aeolianau i nigra.

Non fugiens opes, diuitias & fortunā amplam,
Sed incommodam inopiam illam, quam Deus ho
minibus cóntribuit:

Habitanuit autem iuxta Heliconem, in pago atro
mnoſo

Aſtra,

Aſtra, hyeme incommoda, aestate difficiili, nunquam commoda.

Σ X O Λ I O N:

Hactenus in hoc secundo libro, sicut in fine libri primi promisit, tradidit præcepta de omnibus laboribus agriculturæ, pro acquisitione rerum honesta & utili: deinceps tradet pauca quædam præcepta de usu nauigationis, pro eadē acquisitione. Et hoc ideo, quia tum temporis in locis illis erat recepta etiam nauigatio, & ad multa utilis & necessaria comprehendebatur. Ac primūm eā, ut periculosam, non commendat ipsi: sed permittit ipsius arbitrio. Postea docet, quo tempore anni nō sit ea utendum: sed instrumentis sepositis, alijs laboribus incumbendum. Deinde tradit, quo modo & qua præparatione, ea tempore opportuno sit capessenda: ubi, quo ad eius reatum usum, in exemplum proponit patrem suum, & quædam subiicit præcepta pro ea prudenter & utiliter usurpāda, ac ei plura alia promittit: sed cum extenuatione quadam modesta cognitionis suæ, talium rerū non quidem admodum peritæ, sed satis eruditæ. Postea ei prescribit & commendat duplicem nauigationem, aestiuam & uernam: autumnalem uero improbat. Postremò grauiter subiungit quædam de nauigatione, aut prorsus omittenda, aut prudenter & cautè usurpanda,

adīri

ἀλιστ.] Conditionaliter loquitur, quia
non ex sua suasione, sed ex ipsius approbatio-
ne, & studio nauigationis, uult ei tradere præ-
cepta quædam de ea. & ideo ἀναγκαῖμενον uo-
cat, difficultem & periculosam: uel quia non
sit facile traiçere mare, uel quia sit difficile
ex eo dimitti & liberari. In quo oblique à
suo de nauigatione iudicio ipsum dehorta-
tur. deinde dicit, ἀλιστ. ἵμωφες αἰρῆ, si tu o-
mnino cupis: in quo & ipso, eius appro-
bationem à se amandat, ad ipsius cupiditas-
tem.

iii. v. xv.] Tempus certum tradit uitandæ
nauigationis: & id ex motu astrorum desi-
gnat, quem nautis & maritimis est studio &
curæ obseruare. Occasum autem Pleiadum,
quasi fugientium uim Orionis insequentis,
pro uitanda nauigatione proponit obseruan-
dum esse: & causam subiungit huius præce-
pti, quia tum sint uehementes & violenti fla-
tus uariorum uentorum, qui efficiant nauiga-
tionem periculosam.

ηγὰ τίττι.] Tum non amplius, sicut in æ-
state, sunt retinendæ naues in mari atro &
obscuro, propter tempestates: sed tum de-
bes exercere & colere terram, memorimen-
te secundum præcepta antè tradita & præscri-
pta: nauem autem extrahere supra terram sic-
cam, & replere lapidibus accurate, qui ar-
ceant & inhibeant uim uentorum humidè
flantium.

flantium. Quod est μεταφορογνωμόν, ex causa siue origine uestitorum petitum: quia sentit, aquam resolui in aerem, & ex hoc subtiliori gigni flatum. Quod est ex Homero desumptum, apud quem est hoc ὑγρὸν αἴστηρ uisitatum, de quo Plutarchus in uita Homeri:

περὶ αὐτῶν διὰ φύσιν ἀποδῆται λατρείας, ὡν τὸν μὲν γένοιν ἐκ τῶν ὑγρῶν ἔναι. τοῦ μὲν γαρ ὑδατοῦ μεταβολὴ ἀστραγαλοῦ γίγνεται, οὐδὲ αὔρυθεὶς ἵστηρ ἀντρόποιον. τοῦτο δὲ ἔντονε ἄλλοι πολλοῖς ἴμφαντες, ἐν σίσ φυσίν, αὐτῶν μὲν ὑγρὸν αἴστηρ. Præterea uentorum etiam naturam accuratè perspexit, quorum generationem uult esse ex humiditatibus. Nam aqua mutatur in aerem, & uentus est aer fluens. Quod & in alijs multis declarat, & ubi dicit, Vim uentorum humidè flantium:

χάμαρον.] Ita ut extrahas clavum carinæ, quo extracto effluat aqua, ne tibi nauis computrefescat per pluuiam cœlitùs delapsam. Sic alia instrumenta nautica debes domum asportare, & ibi aptè & commode seponere: & nauis alas, ut uela, funes & similia, conuenienter componere: atque gubernaculum aptum & artificiosè confectum, supra fumum suspendere, ut exicetur ibi, & roboretur in sua integritate. Huius sepositionis & conseruationis gubernaculi supra etiam libro primo, non procul ab initio, mentionem fecit, ubi dixit, καὶ φανή προδάλμος μὲν

μηδὲ ὑπὲ λαντὸς λαταδῶ, statim etiam gubernacium supra fumum seponeres. Hæc autem hactenus non ociosè tradidit ita prolixè: sed ut fratrem ab ista etiam parte instrueret, & doceret, singula requirere suam rationē rectam, & diligentiam solicitam.

αὐτὸς.] Tu autem istis peractis, debes abstinerere à nauigatione, & expectare donec eam manciscaris tempestiuam & commodam. At tu quidem non amplius cesses, sed statim nauē protrahas in mare, & imponas ritè onus, quod & pondere nauī conueniat, & precio sit uenale, ut cum lucro & commodo tuo redeas domum. Hæc pro prudenti & utili instructiōne & præparatione ad negociationem mari dicit: & quia non probat talem acquisitionem per nauigationem, nec uult eum multum exuti, sed tantum pro egestate propulsanda: ideo in exemplum proponit patrē, qui ea nouū usus esset, nisi tandem per egestatem coactus fuisset semel, utpote *λιχερούς βίσιδην*, egenus & destitutus uictu bono: hoc est, necessariū & commodo, ad uitæ honestæ conservatiōnem. In quo commendat eius frugalitatem, quia nō plura, neq; maiora aut preciosiora requirebat, quam quæ facerent ad uitæ honestæ necessarium & commodum usum.

*εἰς τοι.] Qui quondam traiecto multo m̄tri, Aegeo uidelicet, post multa loca peragrat, huc etiam uenit, cum deseruisset *λιχερούς βίσιδην*.*

quām ita circumscribit ad differentiam ^{τύμης}
quæ erat in Italia, unde erat una Sibyllarum
hæc enim erat in Ionia, iuxta Mitylenam.

¶ *Inopem & inuidiosam causam*
discessus ex patria, remouet à patre. Non, in-
quit, deseruerat patriam ideo, quia non posset
ferre inuidiam & odium, propter diuitias &
avaritiam, quia haberet magnos redditus, mul-
tam possideret substantiam, & esset opulen-
tus: nec interim contentus sua locuplete for-
te, sed cupiditate insatiabili plura accumulan-
ti se multorum odijs obijceret. uerūm defeo-
ruerat patriam, quia non posset sustinere incō-
modam & urgentem atq; difficilem inopiam:
in quam non uitio & culpa sua inciderat, sed
plaga diuina. Ita pius & sapiens Poeta patrem
defendit, etiam à culpa inopiae, quia ostendit
eam fugisse non turpem & reprehensibilem
inopiam: sed calamitate quadam aut belli, aut
incendiij, aut mali alijs immisiam: quam ipse
non potuerit uitare, ut quæ sola prouidentia
& potentia Dei administretur.

¶ *In hoc etiam commendat uirtutem*
& frugalitatem patris, quia occuparat lo-
cula iuxta Heliconem obscurum, infrugiferū, &
annī tempore anni incommodum: in quo
non posset aliquid acquirere, nisi magno suo
*labore & sudore. *επενδυ* fuit uicus ille ad radī*
ces Heliconis situs, alioqui ignobilis, sed ab
Heclode satis clatus factus, & Gracis & Laris-
tis au-

250 IN HESIODVM
nis authoribus, de quo est hoc Ouidij:
Vbet perpetuò sua cur uitabilis Ascra,
Ausa est agricolæ Musa docere senis.

τώνδι' ὁ τερπός καὶ βρύωμα μεμνηθέντει,
ἀραιῶμα ταῦτα, τελεί ναυτιλίης οὐκ μάλιστα.
νῦν ὀλίγων αὖτε, μεγάλη δὲ γούνι φορτία βέβαιη.
μέλιων λέπρος, μεῖζον δὲ ἄδικος τελεόθεος
ἔσται, εἴκονε μοί γε πακάσ απέχωσιν αὖτε.
ταξ. (μόνι,

εὗτ' αὖτε παπορίνη βέβαιης αεσίφρονα θυ-
βάληνας δὲ χρέα τε περιφυγῆντες λιμὸν ἐ-
τορπή,

δένεται δέ μετρα πολυφλοίσθοιο βαλάνεις,
ὅτε τι ναυτιλίης σεσοφισμός, ὅτε οὐκέτι μο-
ργάρι ταύποτε νηΐγεπτεπλωματίτης,
εἰ μὴ εἰς δύνοιαν δέ τοις αὐλίδεσ, οὐ πατέχειος
μέναντος χειμῶνα, πολὺς σιώ λαὸν αγέραν
ἴλλαδεσ δέ τοις ιδρῆς, προίηντος καλλιγάνεια.
δύνθα δὲ γάρ επέθλα δαίφρονθειμῷ
μάρμαντο,

χαλκίσια τε εἰσεπόρηστα, τάστη περιφρεσθε-
μένα πολλά. (φημι

εἴθλεθεσαν ταῦτας μεγαλύτορες· δύνθεται
ὑμνωνικήσαντας φέρεται τείποδ' ὀτώγητε,
τούτοις μὲν εὐά μάστης ἔλικωνιστεος ανέβησε,
φέρεται

σύνθεμε Τοπρῶτος λιγυρῆς ἐπέβησαν αὐτοὶ δῆται·
Τόσον γοῦν νῦν μὲν πεπέραμαι πολυγόμφων·
ἀλλὰ καὶ καὶ ὡς δρέω ζηνὸς νοόν τε γειόχοιο·
μάστις γαρ μὲν ἐδίδαξαν αὐτοῖς σφραγῶν οὐκον
ἀείδειν.

*Tu uero, Persa, cogita de operibus,
In tempore omnibus, et in primis de nauigatione.
Nauem paruam proba, sed in magnam imponē o-
nera,*

(crum)

*Maius quidem onus, maius etiam lucrū supra huc
Erit, siquidem uenti difficiles flatus abstinuerint;
Postquam ergo animo tuo inconsiderato applica-
to ad nauigationem,*

*Volueris effugere et debita et famem,
Qstendam tibi rectam rationē maris undabundi;
Iacet neq; nauigationis peritus, neq; nautum;
Neq; enim unquā nauigauit supra mare amplum;
Nisi in Eubœam ex Aulide, ubi quondam Græci
Præstolantes tempestatem, magnū populum con-
gregabant*

*Hac præclaræ Hellade ad Troiam formosis mulie-
ribus præditam:*

*Eò ego ad certamina magnanimi Amphidamantis
Traeci in Chalcida, ubi proclamata multa*

*Præmia proposuerat filij magnanimi; ibi dico mē
r 2 Victo-*

*Victorem carmine consequitū tripodem auritū,
Quem ego dedicavi Musis patriæ,* (ditum.
Quæ me tum primum appulerunt ad cārmen eru-
Tantam ego habeo peritiam nauion cōpactarū.
Sed tamen ita etiam explicabo tibi mentē Iouis.
Nam Musæ me docuerunt canere cārme diuinū.

S X O A I O N .

De nauigatione cœpit ad fratrem scribere, non quia ipse eam usq; adeò probaret, quam uocat *dυτιμφαλην*: sed si quando is arbitrio suo uellet uti hoc usitato acquisitionis modu, haberet de eo sentētiā & instructionem frag- tris. Et primum tempus autumnale importunum ad eam ostendit, quando ab ea desistendum & cessandum esse docuit, per suam & dī- ligentem sepositionem nauis, omniamq; in- strumentorum nauticorū, & aliorum utilium laborum tractationem secundū prescriptum modum. In quibus laboribus iussit eum per- durare, donec tempus opportunū adueniat: tum uero monuit quidē illum, ut mature domi præpararet nauem, & cogitaret de merci- bus aptis ad replendam nauem, & idoneis ad diuenditionem lucrosam. Sed ut hoc faceret non nimis audie & inconsideratè, per exem- plum patris subinnuit: cuius sortem medio- crem, nec eam ita fortunatā, & frugalem sive laboriosam uitæ rationem, ei in memoriā reuocauit.

renocauit. Hic subiungit reliqua de ista sua sollicita fratriis instructione ad fœlicem usum nauigationis. Ac primum eum monet de prudenti & opportuna aggressione, ut omnium aliorum negotiorum, ita in primis nauigationis. Nam dicit: Tu uero, ô Persa, in tempore & opportunitate cogites solicite & considerate, de omni negocio aggrediendo, & maxime de nauigatione: quæ in primis requirit suam matutinam & solicitam præparationem.

προσίωψιν πάρτην.] tempestiuorum omniū negotiorum sis memor: hoc est, scias omnia ne cias uelle fieri tempore & modo suo recto, & ipsa προσίωψις, & fiant προσίωψις: hoc est, tum debent fieri: & eo modo, ordine, studio tu, quo ea fieri sit rectum & fœlix.

πάρτην.] Alterum est hoc loci huius præceptum de nauium delectu, & mercimonio positione, pro quæstu faciendo. Non enim idem sensu hoc præceptum ab omnibus intelligitur. Alij uolunt, eum improbari in navigatione paruam nauim, ut minus capacem, & agatant πάρτην usurpari προσίωψις, aut προσίωψις, pro παρατησ, recusa, & minimè uolunt. Alij contrà intelligunt, eā probari quibz Hesiodo, sed non ad merces recipiens, quis tantum magnam nauem putet omniam esse: sed ut adiungatur ad magnam navigationem, pro alijs usibus & necessitatibus incibas. Alij aut uolunt, eam probari etiam

ad negociationem, & quidem ita, ut in studio
& amore lucri mediocris & ruti, eam præferat
magnæ nauis: quæ quidem possit capere plu-
res merces, & magis quæstū promouere: sed
ita demum, si non accidat periculum à tempe-
statibus: alias in hoc periculo magis obfute-
ram. Et ideo, quia hoc periculum facile inci-
dere queat, neq; quisquam à metu eius secu-
rus esse possit: ideo consultius uideri, ut par-
ua nauis mercibus oneretur: cuius parvus, ut
quæstum in successu sit tutius & laudabilis
probare, ita damnum in fortuna aduersa facili-
us ferre. Non sunt incommodæ hæc expo-
sitiones: sed ego nōdum apud me statuere pos-
sum, quæ propius ad mentem Poetæ accedant.

περιπολίτης.] Utitur dupli occupatione, pro-
Hoc suo conatu alijs probādo: una, quo ad fra-
trem: altera, quo ad se. Tu quidem iam nō in-
diges præceptis de nauigatione: sed quia fot-
tasse posset fieri ut illis indigeas, ubi per alij
quē fortunę successum eo in cogitatione eucha-
ris, ut ad nauigationem animū tuū cōuertas:
ideo tradam tibi præcepta de ea. Et ego quidem,
utcunq; nō possim tibi ex aliqua mea ex-
perientia præscribere rectam rationē uerba-
di in mari undabundo: tradam tamen eam ex
afflato Musarum, hoc est, pro studio & conser-
ingenij mei, in cognitione huius rei.

μυθού.] ubi tandem ad negotiationem
animum tūcum stultum conuertere. Nōn illi
at hoc

tē hoc dicit sed quia uult ostensum, ad hoc genus acquisitionis per negociationem non facile impelli nisi negligentes & stultos : qui tandem rebus suis profusis & deploratis, cogantur inde subsidia querere ad soluenda debita, & uitandam extremam inopiam.

άτεργος.] Vocat animū negligentem & remissū, qui quasi dormiat in actionib. suis, donec tandem inuoluatur in uarias difficultates.

χρία.] Ita fit, ut cū ociosi & remissi sentiant se inuolutos in uarias difficultates æris alieni, & inopiz turpis : tum demū cogitent de quædam rerum suarum meliore curatione.

λιμήν ατρόπειος.] famem, paupertatē & inopiam, & per se sordidam incommodamq; & quo ad alios indecoram, turpem & deformem.

άπειρος.] uiiam, modum & rationem. Ita enim admodum aptè hæc uox usurpatur à Poetis: quoniam & cōspectat, & in his consistit.

πλημμυρίσθιος.] ualde sonori & horrendi, propter collisionē fluctuū & tempestatū. Quia uoce & dehortatur ab usu maris, & cohortatur ad eius cōsideratū, uigilatē & sollicitū usum.

σύρτη.] Hęc est altera occupatio, qua Poeta aſeremouet reprehensionem ob imperitiam: quidē fatetur ingenuè, quia semel tantū auerit in Eubœā : sed opponit cognitionem istarum rerum accuratiorem à Musis acceptam, ex qua uelit & possit, etiā sine sua experientia, utiliter & uerē de ipsis tradere.

εποφελέσ.] doctus, eruditus, & peritus
præalns. Ita enim *ορθίαν* primò usurpabatur
cum laude, pro eo quod est scire, docere atque
tradere aliquid eruditius & accuratius præ-
alns. Atq; duorum non uult habere singularem
aliquam peritiam, nauigationis & nauium: ad
quæ, suam ingeniosam & eruditam traditio-
nem referet in sequentibus.

μάνοντις χαμώνα.] expectantes tempestatem
tum non commodam. De qua re apud Homerum
& Virgilium, & alios autores subinde fit
mentio: ut apud Euripidem in Iphigenia.

Ιδη.] Causam huius profectionis in Eu-
bœam, exponit: quod est *ἰτασίδιον* quoddam
satis aptum, eruditum & memoratu dignum
de certamine quodam ingenioso, & sua in eo
industria laudabili: tum uero de gratitudine
erga Musas sua, ob uictoriam obtentam. Am-
phidamas autem hic, fuit rex Eubœæ, in bello
aduersus Erythrœos occisus: in cuius obitū fi-
lij eius certamina edixerunt, & magna præmia
uictorib. proposuerunt, inter quæ erat etiam
certamen unum ingeniosum & eruditum.

ερπιφελέσ.] enunciata, proclaimata &
edicta.

Ιδη μι.] Modestè loquitur de sua fælicè o-
pera in illo certamine. Quod nōnulli uolunt
ipsum tum habuisse concertatorē Homerum,
& eum uicisse, hoc longè dissentit à uero: quia
Hesiodus ad minus cētū annis posterius uixit.

τὸν μὴν.] Gratitudinem suam commemo-
rat, quia illū tripodem auritum siue ansarum
dedicauerat Musis, uel in loco illo Eubœę, ubi
obtinuerat uictoriā primam: uel in patria sua
Ascra, ad mōtem Heliconem sita, ubi à Musis
fuit primūm ad studium Poësos excitatus &
appulsus.

τέλος.] Repetit suam péritiam perexiguam
rei nauticæ, ad uitandam arrogantiæ suspicio-
nem: & ut aptè & disertè subiungat, ex qua a-
lia cognitione ipse de re nautica præcepta tra-
dere uelit: nempe, ex subiectione Musarum,
hoc est, ex studio ingenij & eruditionis suæ.
ex quo studio ferè omnes Poëtæ sua tradide-
runt, & multi etiam alij sapientes & docti-
uiri, qui nullo modo potuerunt habere expe-
rientiam eorum quæ scripsierunt. Sicut etiam
Cic. i. de Oratore dicit, hominem ignarum A-
strologiæ, ornatissimis & optimis uersib. Ara-
mag de cœlo stellisq; dixisse; & de rebus rusti-
cis, ab agro remotissimum Nicandrum Co-
lophonium, poetica quadam facultate, non
rustica, scripsisse. Sic etiā oratorem posse de re
bus ijs eloquentissimè dicere, quas ad certam
causam tempusq; cognouerit,

Διάτη ταγμάτων μετὰ προπάτες ήελίοιο,
ἴς τόλος ἐλθέντος δίρρος καιματώδεος ὥρης,
ἄραιος τέλετη θηυτοῖς πλόοις, όπει κε νῆα
καυάξας, οὐτ' αὐδοας ὀφελεῖσαι θάλασσα.

εἰ μὴ διά πρόφρεων γε ποσειδάσσων σύσσιχθιν,
πέρι τοῦτον δέ την βασιλεὺς ἐθέλησε οὐλέασαι
γὰς τοῖς γαρ τέλος θέτιν διμῶν αὐγαθῶν τε κα-
κῶν τε.

(μωρ,

τῆμος δὲ δύκεινέες τ' αἴρας, καὶ τόντος ἀπέ-
σύκηλος τότε νῆσοις αὐτοῖς πιθίσας,
ἔλαχέμενές τόντον, φόρτου δὲ εὖ ταύτα τὰ
θεάδας,

απόδύματι δὲ τάχισα πάλιμφτον μετένεστο,
μηδὲ μείδησινόν τε νέον, καὶ ὅπωρινόμηδινόν τε,
εὐχειμῶντες πιόντας, νότοιο τε στενάς ἀκτας,
ὅς τ' ἄριντες θάλασσαν διμαρτίστες διὸς δημιρη-
πολλῶν ὅπωρεινώ, χαλεπού δὲ τε τόντον τοῦ-
θηκεν.

Per quinquaginta dies post solstitium,
Tempore feruido aestatis ad finem tendente,
Est navigatio hominibus tempestuosa: neque tum
nauem

Fregeris, neque mare perdiderit viros,
Nisi consulto Neptunus concussor terræ,
Aut Iupiter rex Deorum uelit perdere.

Nā in his euentus est pariter bonoruꝝ et maloruꝝ.
Tum sunt flatus faciles, et mare innoxium
Et sedatum: tum nauem uelocem uentis concur-
ditam,

Petrabas

Pertrahas in mare, & diligenter omne onus im-
- Sed festina celerrime domum redire, (ponas:
 Nec expectes uinum nouum, & imbrem au-
 - mnalem, (mentes,
 Et hyemem subsequentem, & flatus austri uehe-
 Qui concitat mare subsequendo imbrem
 Multum autumnale, & efficit mare turbulentū.

Σ X Ο Λ Ι Ο Ν.

Exequitur quod promisit, & primūm tem-
 pus nauigationis commodissimum tradit,
 quo neque nauibus neq; hominibus aliquod
 sit metuendum periculum supra mare, nisi for-
 tē Jupiter & Neptunus peculiari aliquo con-
 filio uelint perdere homines. quod tempus
 uult esse post solstitium æstivale, in declinatio-
 ne solis, per quinquaginta dies: quia tum fla-
 tus uentorum sint pauci, leues, & mare tran-
 quillum atque innoxium. Hoc ergo tempus
 esse arripiendum, & eo mature naues merci-
 bus oneratas mari concredendas esse: sed re-
 ditum esse maturandum, nec foris emanen-
 dum usque ad uindemiam & autumnum, at-
 que initia hyemis, quando incipiat flare au-
 ster, qui post multas pluvias tum ingraue-
 scat, & mare omnino inquietum & tempestuo-
 sum reddat.

ὕμετα. ἡ λαττὰ, περ, uel in. ἀς τίλος. ἢ cum
 iam æstatis tempus feruidū incipit declinare,
 & ad

& ad finem uergere, tunc est tempestua, & cōmoda atq; tuta hominibus nauigatio: quod tum neq; tu nauem *λαβάξεις*, pro *λατάξεις*, frē geris facile, nisi uelis admodum negligens esse: neque mare ui aliqua tum perdiderit homines,

ἀμ.] Prudenter mitigat suam sententiam de tempore hoc, quam uult esse ueram ut plurimūm, non semper: sed concedit, posse singulāri aliquo consilio Deorum aeris & tempestatum, hoc etiam tempus fieri uariè tempestuosum & periculosum. Cum huiusmodi mitigatione & moderatione uult Aristoteles intelligenda esse omnia præcepta de rebus agendis, quæ non perpetuò, sed ut plurimūm uera censantur, & proinde in usu sua prudētia & curatione administrari debeant.

προφητ.] consultò, dedita opera, & ex peculiari aliquo proposito. in quo ostendit, mare etiam diuinitùs gubernari, & præter expectationem humanam temporibus anni etiā tranquillioribus, uarias in eo cieri tempestates, ex constitutione aeris & natura propria pro uoluntate diuina.

τῆμ.] Causas duas subiungit illius tum navigationis commodioris & rutioris: quia & uenti non multūm, neq; uehementer spirant: & mare per se sit trāquilius, & minus sequuntur *σύγενιας αὔρας* uocat faciles & leues flaves, aut conspicuos & faciles discretu, quia non multi

multi tum uenti flent, sed etesij, & similes alij
stati & certi, & illi placidi. *[τότε.]* tum poteris
nauim tutò credere uentis illis, & protrahere
in mare, atq[ue] in eam imponere mercem, quam
habeas & uelis. sed maturandus erit redditus
ante uindemiam, priusquam autumnus & ini-
tia hyemis assint: quia tum soleant existere
& multæ & variæ pluuiæ, & eas sequi uehe-
mentes austri fatus, qui mare turbulentum &
fæcum efficiant.

Αλλος δ' εἰσιν ὁς πέλε^{τη} πλόος αὐθεώποισιψ,
πίμο^θ δὴ τοπεῶτομ, οὗτος εἰπεῖσθαι κράνη
ἔχνος εἰποίησαν, τόδομον πέλαλ' αὐδρὶ φανέκει
γνήκας δὲ ακροτάτη, τόπε δὲ αἰμβατός δὲ θά-
λασσα.

εἰσιν δὲ πέλετη πλόος, τὸ μητρώον γε
αἴνυμι, δὲ γάρ εἰμι θυμῷ λεχαρισμένος δέημ,
ἀρπακτὸς, χρήπως καὶ φύγοις κακόμ' ἀλλέ
νυ καὶ τὰ

αὐθεώποις ἔχοντι μετέφεκτο νόοιο. (σι,
χρήματα γάρ οὐχὶ πέλετη διαλεῖσθαι τοῦ-
τον δὲ διὰ θεᾶς μετά κύμασι. ἀλλά σ'
αἴνυα (γρεβύω.

φρέσκειας τάδε πάντα μετά φρεσίψ, ὃς σ' α-
μαδίγνινον σιψ αἴπαντας βίον κοίλησι πίθεαδι,
ἀλλά πλέω λέπτη, τὰ δὲ μέσον αφορτίζειας.
θενόμ

& ad finem uergere, tunc est tempestiu*s*, & cōmoda atq*e* tuta hominibus nauigatio: quod tum neq*ue* tu nauem *λαβάξεις*, pro *λατάξεις*, frēgeris facile*n*, nisi uelis admodum negligens esse: neque mare ui aliqua tum perdidit homines,

ἀμή.] Prudenter mitigat suam sententiam de tempore hec, quam uult esse ueram ut plurimū, non semper: sed concedit, posse singulāri aliquo consilio Deorum aeris & tempestutum, hoc etiam tempus fieri uariè tempestuosum & periculosum. Cum huiusmodi mitigatione & moderatione uult Aristoteles intelligenda esse omnia præcepta de rebus agendis, quæ non perpetuò, sed ut plurimū uera censeantur, & proinde in usu sua prudētia & cautione administrari debeant.

τριηγενεύ.] consultò, dedita opera, & ex peculiari aliquo proposito. in quo ostendit, mare etiam diuinitū gubernari, & præter expectationem humanam temporibus anni etiā tranquillioribus, uarias in eo cierit tempestates, ex constitutione aeris & natura propria prouoluntate diuinā.

τριηγενεύ.] Causas duas subiungit illius tum nauigationis cōmodioris & tutioris: quia & uenti non multū, neq*ue* uehementer spirant: & mare per se sit trāquillus, & minus sequitur. *σύκευτις αὔρας* uocat faciles & leues flatus, aut conspicuos & faciles discretu*s*, quia non multi

multi tum uenti sicut, sed etesij, & similes alij
stati & certi, & illi placidi. τέττι.] tunc poteris
nauim tutò credere uentis illis, & protrahere
in mare, atq[ue] in eam imponere mercem, quam
habeas & uelis. sed maturandus erit redditus
ante uindemiam, priusquam autumnus & ini-
tia hyemis assint: quia tum soleant existere
& multæ & variæ pluuiæ, & eas sequi uehe-
mentes austri flatus, qui mare turbulentum &
fæuum efficiant.

ἄλλος δὲ ἐφίνος τέλε^τ) πλόος αὐθεώποισι, ψ
πυθαντι τοπρῶτην, ὅπουτ' επιβάσει ιορώντι
ἔχνος εποίησεν, τόσον τέταλ' αὐδῇ φανείη
γύνεσθαι ἀκροτάτην, τόπε δὲ ἔμβαστος δῆθε
λασσε.

ἐφίνος δὲ δύτος τέλετην πλόος, τὸ μιμεγένε
αἴνημα, τὸ γαρ ἐμῶ θυμῷ λεχαρισμένος δέιπ,
ἀρπακτὸς, χελεπῶς κε φύγοις κακόμ· ἀλλά
νυ κόπιτά

αὖθρωποι γέγονσι μὲν διθέάκηστο νόοιο. (σι,
χρήματα γαρ τυχὴ τέλετη διαλεῖσθαι θροτοῦ-
λεγόμεν δὲ δέ τι θανάτῳ μετὰ κύμασιν. ἀλλά σε
αὖθυνε (γορβίω.

φραξέαδι τάδε τάντα μετὰ φρεσὶ μ, ὡς σ' α-
ικάδι γνένηκεσι μέταντας βίον κρίλυσι τίθεαδι,
ἀλλά πλέω λέπτει, τὰς δὲ μέσονα φορτίζεαδι.
θειόρ

homines hoc nō perpendant, aut cernant qui
in hoc etiam periculū se intrepidē coniiciunt
per suam stultitiam & incogitantiam, ex au-
titia & cupiditate immodica pecunie & opum
egurgitātem, quibus ferè metiūtur uitam, nec
minus eas amplectūtur quām animam suam:
idq; non solum prava cupiditate, sed & neces-
saria. quia ἀνθρώποι χρείατων, sine uictu & rebus
ad usum uitę pertinētibus, nō possunt durare.

Δαλδα.] miseros & infelices uocat homi-
nes propter hanc & cupiditatem & necessita-
tem, quibus perpetuò occupantur, distrahu-
tur & conficiuntur in omnis generis curis, so-
licitudinibus, difficultatibus, periculis & cala-
mitatibus.

Δανείη Δ.] Sed sciendum est, mortem, quæ
mari inter fluctus sit obeunda, esse ualde hor-
ibilem, truculentam & miseram.

Δαλδα.] proinde te, & quemlibet alium, cui
est curæ salus sua, faternè moneo, ut hæc om-
nia μητέ φέσαι, diligenter & penitus in animis
uestris consideretis & perpendatis: quo co-
gnoscatis & peruideteatis, ita uera esse, ut à me
dicuntur.

μάρτι.] Est hoc generale præceptum de
negociatione supra mare, quod potest accom-
modari ad omnem aliam incertam & pericu-
losam industriam & acquisitionem. Præcipit
autem, ut non omnes, neq; nimis multæ res
imponātur nauibus, sed semper plures domi-
celin-

Nesciuntur: tum quia nauces sunt caueæ, &
 fragiles: tum quia uis fluctuum & tempesta-
 tum sit uehemens, & periculum ualde graue
 & horribile, quod inter flactus maris sit
 subeundū: quod declarat simili, petito à plau-
 stro nimis onerato, quod & ipsum axi aut qua
 alia parte ex onere immenso fracta, ruina suæ
 tess pessundet: quod multo magis faciat na-
 uis mari submersa. Proinde monet, ut scruet
 mensuram siue modū, & quidem pro oppor-
 tunitate, quæ sit in omnibus optima. Est regre-
 gium & latè patens præceptum, de modore
 eto & conuenienti ubiq; feruando. Per hū,
 p; intelligit modum, siue medium inter plas
 & minus. per hanc; occasionem & opportuni-
 tatem, secundum quam, ut præcipuam circum-
 stantiarum, determinandum est omnibus in-
 tebus & negotijs medium illud: quia ita de-
 inum sit rectum, cum est opportunum, & se-
 cundum alias omnes circumstantias consen-
 tium. Hoc λαύριον μέτρον, præcipi quidem po-
 test quod sit seruandum: sed ut deinde ὑπεγνω-
 μενοι τρόποι definiri & constitui debeat, hoc
 nulli pro certo præscribi potest; sed est relin-
 quendum cuiusc; prudentiae, quia incredibili
 tate variat pro negotijs & earū circumstantijs
 οὐκάς δὲ γνῶσαι πόλυ ποτὶ οὐκον διγνῶσαι
 μητε προπάντων τέλον μάλα πολλά αἰσθάνειν
 τούς,

674 IN HESIODVM
μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά, γάμῳ δὲ τοιόν
εἰσθίτω.

Αὐτὸν γάμην τέ τοξόνεών, τῷ μῆτρῷ δὲ γαμεῖτο.
παρθύνικὴν δὲ γαμεῖν, ὥστε οὐθεακεστνὰ δι-
δάξεις.

Πώς δὲ μάλιστα γαμεῖν, πᾶς στέθηντε γύναις
πάντα μάλ' αἰκατίστων, μὴ γείτονος χαρίας
τα γένους.

Ἄμην γαρ τι γυναικός αὐτὸς ληίζεται αἴματον
ἢ ἀγαθόν· οὐδὲ αὐτε νεκτῆς δέργυλον αλλε,
λαπτυλόχης, οὐτ' αὖ δρακοῦ ἢ φθικοῦ πρέστηται
εὐεργέτορ δαλδή, καὶ οὐκέ τι γέραι δῶκεν.

Maturus præterea uxorem ducas in domū tuam,
Neq; à triginta annis multum destitutus,

Neque ualde multis adiecit: hoc coniugium est
tempestiuum.

Mulier autem quarto pubescat, et quinto nubat.
Et ducas uirginē, ut eā erudias in bonis moribus.
Eamq; in primis ducas, quae proximè te habitat:
Omnibus admodum ex omni parte exploratis,
ne uicinis gaudia ducas.

Neq; enim uir cōsequitur quicquā melius muliere
Proba: sicut contrā nihil tristius improba,
Et luxui dedita, quae uirum quamlibet robustum
Urit sine face, et crudelē tradit senectē.

ΣΧΟ-

Absolutū partem unam *inveniāt̄*, quæ est *līt̄a
trīn̄*, siue *χρηματισμ̄*, rerum acquisitionis. cu-
ius tradidit modos duos, pro temporib. & locis
illis: unum per agriculturam, alterum per ne-
gotiationem; quamvis hunc alterum ita tradi-
derit, ut magis uisus sit ab eo dehortari per pe-
ricula & difficultates illas, quas in eo ostendit
in esse maximas, quæ prudentiam & cautio-
nem requirant maximam & sollicitissimam, &
tamē cū uitā non possint sine beneficio diui-
no. Hanc partem administrationis domesticæ
ideo uidetur primo loco tractasse, quia senti
prudēter & cū suā idonea præparatione in-
tendat societatem domesticam: nec prius
ducendam uxorem, quām pro ea alenda aut
absint res sufficiētes, aut certè carum acqui-
rendarum ratiō & industria sint in promptu.
Hac ergo acquisitionis ratione tradita, quasi
fundamento, pū *σπένδειν* domus & familiæ, quæ si-
ne rebus ad nūtam pertinentibus neq; instituī,
neq; conseruari potest, progreditur ad *γυναικεῖα*,
ad rationem ducendæ uxoria: quia suprà di-
xit, *σίνετε τηγάνισθε, γυναικεῖα τοι.* Hic est iam alter
locus huius libri, & uicē domesticæ, de coniu-
gio: quod alioqui, quo ad societatem dome-
sticarum personarum, locū primum sibi uen-
dicat: sed non est prius intendum, quām assit
domus, & rerū eius copia aut acquisitionis prom-
pta. Paucis hunc locū perstringit, sed de præ-
cipuis

cipuis nihil omittit. Tradit tempus coniugii maturum in mare & fœmella. & quia manus bi adsciscit puellam in uitæ societatem perpetuam, & illam arctissimam: nec hæc societas posset esse commoda, nisi assit proba uxor: ideo quæ pro ea proba & commoda nancienda deliberari, dispici & agi debeant, accurate subindicat. Marem coniugio maturum uult esse circiter triginta ætatis annos, ita ut eum ultum neque desit, neque supersit de illis annis. In quo tempore ferè consentiunt cum Poeta nostro, Plato, Aristoteles, & alijs, in doctrina domesticâ & ciuili. In fœmella innuit opacum esse, ut pubescat decimoquarto annu-^{ta} no, ut deinde decimoquinto nubilis facit pos- sit: quod tempus ita circumscriputur, non dif- simū illud quidem sentit esse, sed ratiōne con- tingere: ideo ipso accipiendu-^{re}, cum sua protractione usq; ad decimumoctauum annum, aut etiam aliquantū ultra, scit etiam alijs id circa decimumoctauum annum consti- tuunt.

ωγαις.] Maturus, siue mature & tempore-
uè: ut sit adiectiuum pro aduerbio positum,
constructione Græcis usitata. Et rectè hoc sub-
iungit, quia in præcedenti uersu dixit, *λαρυγ-*
ητι τάσιν αφεις. Vbi monuit, medium oppor-
tunum & prudenter electum ubique profe-
quendum esse.

τοιχ.] Aptè & hoc iubet: quia antè præce-
pit,

pit, αὔτη μὲν τρέπεται: & quia forsitan sponsum non mult diu hæc tere apud suos aut sponsæ parentes, ut sensu & experientia communiū difficultatum coniugij & administrationis domesticæ, mature incipiat solitus, cautus & industrius esse.

[dicitur.] Hunc florem ætatis in optima ἡρα
ea cōstituit: sed quia talis ἡράσις in paucis puer
lis inuenitur, ideo neq; hic flos potest in om
nibus puellis ex hisce annis testimari & defini
niri. proinde ne in hac incerta uarietate quid
erroris admittatur, quod notius & certius ob
seruari potest, subiungit, ut παρθένοις ad ducen
dum dispiciat, quæ sit virgo iuuenula, tenera
& florida: & hoc ideo, ut eā flexibilem & tra
stabilem possit excolare & informare hone
stis moribus, pro suo arbitrio: quia ex simili
tudine morum, ut in omni alia societate, ita in
primis in coniugio coalescunt animi. Vnde re
cte ille apud Comicum argumentatur: Mores
conveniunt, nuptiæ cohærebunt. Sed ubi &
quomodo potest haberi virgo ita σύνφυτη & iuxta
nys, bona indolis, cōmoda & flexibilis ad ho
nestam affuefactionem? Si petatur non pro
cul, sed ex uicinia: & diu & multum in singu
li suis dictis, factis, gestibus, moribus & simi
litudo, sollicitè & diligenter obseruetur, perpen
diturq;. Ad quid autem est opus tali solici
tudine & circumspectione, in re ferè ex illece
brofa impulsione cupiditatis iuuenilis proce
dentes?

āente? Ad hoc, ne in puella procul assūtū pēt̄
 χάριατα γέτοι γένους, ducas uxorem quę uicinis
 quidē sit gaudiū & lātitia, tibi uero perpetua
 tristitia & carnificina: ut ita satius esset te non
 habere uxorē, quām talē, quę tibi nihil uola-
 ptatis, nihil solatij, nihil subsidiij pr̄estet: sed sit
 molestiæ, dolori & impēdimēto, nō tantū sua
 conuersatione, sed & uicinorum iuris p̄missio,
 qui cum iucundo sibi ludibrio & fama grata
 atque insultationibus exoptatis exagitent, tra-
 ducant & lacerent tuam infelicem fūlticiam,
 quòd pr̄teritis uicinis melioribus, alienam
 duxeris deteriorem. Ex ista uulgi iuris p̄missio-
 nī Homerus s̄apē & alij prisci Poetæ sumunt
 rationes commonitionum, quia hæc malevo-
 lētia, siue malignitas est penitus infita in na-
 turam corruptam, de qua etiam suprā libro 1.
 Poeta hic tradidit,

Γῆλος δὲ αὐθρώποισι μὲν ἀγρόσιοις ἀπεστή-
 πονηταδός, λακούχαρτός, ὁμαρτίσα τρυγάντες.
 Et est huius uitij magna uis ad nocendum a-
 lijs: tum uero honestis & prudentibus non est
 ferē quicquam aliud molestius & odiosius,
 quām hoc uitium: atq; proinde non aliud ma-
 iori curæ, & crebrius in uotis, quām huius ma-
 li fuga. Vlysses certè, cum Nausicaæ filiæ regis
 Alcinoi precatur ὁμορρούλῳ in coniugio, tan-
 quam rem optimam, inde eam maximè com-
 mendat, quia afferat πόλεις ἀγαραντεύσιν, κέρ-
 πατα δὲ σύμφριται, multos dolores iniūcīs &
 maleu-

maleuolis, gaudia autem beneuolis & amicis. nam proui, ut in aliorum fortuna aduersa maximè gestiunt *τιχαγνωσίας*, ita inuidia turbanatur in fortuna secunda, & dolent.

Σέμη γε. } Hæc est altera ratio præcepti de sollicita & diligentri circumspectione in ducenda uxore. prior est petita à moribus & malevolentia uicinorum : hæc petitur per *κοτίθειν* à moribus bonæ & malæ. uxoris quia ut proba nihil potest homini contingere melius, grauius & exoptatius: ita improba nihil deterius, molestius & acerbius. *λεπρολόχην* uocat liguritricem, luxus & deliciarum aidam, & hisce clam indulgentem: ac per consequens ignauam, inertem, & rei domesticæ negligentem: tum uero lasciuam, salacem & impudicam. Talis profectò honestum & cordatum uirom, quamlibet robustum & industrium, adurit sine face & igne, & tradit crudæ senectæ: hoc est. macerat & cōficit eum, ita ut ante tempus exhauriatur & cōsenescat. quia, sicut antè dixit, *αἴφαγδιν λακοτητι βροτοὶ λεπραγράσκοσι*: nec est facile aliud grauius & molestius malū honesto & intelligenti uiro, quam mulier huiusmodi.

εὐθέπιμοθανάτῳ μακέρεως τεφυλαγμένῳ εἰν.

μήτικεσιγνήτῳ ισού παιεῖστι ταῦροι. (Ενς, οὐδὲ κε ποιήσεις, μή μη πρότορος κακόν ἐρ-

μετ' Τύποντας γλώσσης χαρψίς εἰ δὲ καὶ αὖτε
πάτις ἐπος εἰπὼν ἀπόβυμιον, περὶ καὶ ἔργας,
δίσ τόσα τίννυαδι μεμνήμονος. εἰ δὲ καὶ αὖτε
ἀγῆτε τοῖς φιλότητα, δίκια δὲ εὐελπίος ταῦτα
χέντε,

δέξαθε. Μειλός τοι αὖτε φίλοις ἄλλοις ἄλλοις
ποιεῖται. σὲ δὲ μή τι νόουν κατελεγχέτω εἴδες.
μὴ δὲ πολυξείνον, μήδ' ἀξεινοῦ καλέειδε.
μὴ δὲ κακῶν ἐπάρον, μὴ δὲ ἀδλῶν υφειτέντε.
μηδὲ πρὸς ὅλοκλήια τρυπίαν θυμοφύρον γένεσθαι
(ταῦτα)

τέτλαθ' ὄντα μίζειν, μακάρων μόσιυ αὔειν.
γλώσσης τοι θησαυρὸς γένεται πειστεφέσ.
φειδωλῆς, πλείσι γένεται χαρίς γένεται μέτρον.
εἰ δὲ κακοὺς εἴποις, τὰς χαράς αὐτὸς μᾶλλον ἀκούσεις.

μὴ δὲ πολυξείνον θλαυτὸς δυνατέμφελος γένεσθαι.
ἐκ νοιν δὲ πλείσι καὶ χαρίς, δαπάνη τὸ λιγύισκον.

Præterea sollicitè curā Dei immortalis retineas,
Neq; amicum fratri parem tibi assumas.

Et si assumpseris, non ipsum prior lædes, (prior
Neq; fingas lingua gratiam: quod si ipse incepit
Quid molesti uel dicere, uel etiā facere, (sirufo
Cōsideratē cogites de uindicatione duplcae sed
Præcessit

Præcat ad amicitiam, & uelit poenam luere,
Recipias eum. nam prauus amicum subinde
Mutat : tuum uero animum nulla species prauita
tis redarguat.

Neq; multorum neq; nullorum uoceris hospes :
Neq; malorum socius , neq; bonoru uituperator.
Neq; unquam noxiam & molestam inopiam uiro
Auis exprobrare, quæ sit diuinitus immissa.
In hominibus est optimus thesaurus linguae
Parcæ, & maxima gratia moderate .

Quod si quid maledixeris, fortasse peius quid au
dies. (feras :
Neq; ad conuiuum cōmune iuitus & parcè con
Nam communis conuiuij & gratia maxima , &
sumptus minimus .

Σ X O Λ I O N.

Hec Poetæ nostri doctrina est , sicut iam
sæpè diximus , grauis illa & uerè philosophi
ca, de officio hominis in omnes uitæ partes ,
pro recta, fœlici & gloriofa eius administratio
ne. Hec officium hominis constituit in iusti
cia & labore, siue in labore iusto. Primum tra
didit de hoc labore iusto, & commendauit illa
communia præcepta, quæ pertinent ad om
nes homines, ut uolunt & debent secū & cum
alijs in societate communi benè uiuere, ut bo
ni viri

ni uiri & cinaes boni : deinde cœpit tradere p̄cepta de uita domestica, & officio patris familiæ . Hæc autem ratio uitæ constat quatuor partibus, & prudentia siue industria quadruplici, secundum quam paterfamilias obit personas quatuor . Est maritus , quoad uxorem : est pater, quoad liberos : est dominus, quoad seruos : & agricola aut negociator , aut alio modo χρηματίσκος & acquisitor , quoad res . De istis singulis ei pro suo instituto tradendum fuit . De officio , postremo ordine dignitatis , de rerum acquisitione , ipse ratione necessitatis pro instituenda recte familia primò disseruit : unum modum acquirendi terra , alterum mari prescripsit : deinde de uxore , ducenda p̄cipua quædam , pro fælici coniugio incendo subiecit : de numero liberorum in fine libri præmii , post tradita præcepta uitæ committit , ubi inchoarat ea quæ de uita domestica peculiari ter libro hoc secundo traditurus esset , dixit quædam : de educatione & institutione eorum , nihil separatim dixit , quibus uult parentum virtutem , prudentiam & genus uitæ esse regulam , exemplum & scopum . De generatione eorum opportuna & fælici , postea in loco de uarietate dierum tradet quædam , ab etiam inseret quædam de eorum educatione . De seruis & ancillis parandis , usurpandis , & in officio retinendis , in loco acquisitione rerum per agriculturam inseruit quædam p̄cepta .

cepta, quod haec personae sunt de rebus & iure possessionis. Ita hanc quoque uitae domesticæ rationem per omnes ferè partes est excutus, non quidem ordine philosophico, simplici illo & plano, sed hoc poetico, qui est suo modo peculiariter eruditus, de quo Horatius in Arte poetica :

Ordinis haec virtus erit, & uenus, aut ego fallor:

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici

Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

Quæ ordinis & structuræ administratio est in Poesi tam artificiosa, aut etiam magis quam illa in Oratoria, aut quocunque alio scripti genere. His ita traditis, exequitur illa reliqua, quæ sunt de officio boni patrisfamilias, & latè patent : quæ ipse iam constitutus in domestica administratione, pro ea ritè & fœliciter tuenda facere & curare debet, quo ad Deum & homines, ut fratres, amicos, hospites, socios, & omnes ciues : quoniam ipse in quantacunque sua opulentia, prudentia & industria sibi non potest sufficere, sed eget alio no, & eo multiplici subsidio, primum Dei, deinde hominum: & horum non solum cognitorum, affinium, amicorum, hospitum, & quādā peculiari benevolentia iunctorū, sed & ciuiū suorū: quod nō potest suā familiā instituerē & tueri, nisi in quadā societate ciuili. Pro huiusmodi patrisfamiliās institutione humana & ciuili tradūtur haec sequētia præcepta, quib. illæ

ille consequatur & conseruet famam dignitatem & uiri & ciuiis p̄q̄, boni, honesti, officiosi, humani, æqui, grauis, prudentis & moderati. Primum hic locum attribuit præceptio de pietate, quæ sit perpetuò & serio occupata in agnitione, reuerentia & obseruantia numinis & gubernationis diuinæ. Non debet paterfamilias persuasum habere, se sui iuris esse, & non egere ope aliena: sed putare debet, se esse sub gubernatione diuina & humana, atque utriusque & patrocinio & auxilio indigere, & in primis Numinis: & ideo ante omnia debet consideratè custodire & reuereri eius ἡπιτη, inspectionem, animaduersiōnē, prouidentiam & gubernationem: & quidem suam ἡπιτη eō dirigere debet perpetuò, qua Dēum ipsum & λαόν eius agnoscat, intueatur, reuereatur, colat & conciliat sibi. ἡπιτη Poetæ admodum aptè usurpat pro intuitu & diuino & humano, atq̄ utriusq; effectis. In Deo significat hęc vox eius inspectionem, animaduersiōnem, curam & gubernationem rerum omnium, atq; adeò νίκαιον, iustum indignationem, quam exercet in delinquentes. In homine significat agnitionem & cōsiderationem Dei, respectum ad ipsum, eius metum, reuerentiam & obseruantiam. Hoc utroq; modo hic usurpatur. Præterea, inquit, v̄ benē, sedulō, accurate & uicem uenit & est rectum, πρεσβυτερός αὐτοῦ, obserues, custodias & colas ἡπιτη tua agnitione, cōsideratione,

fideratione, reuerentia & obseruantia, *τηρησιν* diuinam, qua ipse omnia intuetur, curat & administrat, ut nihil clam ipso & contra uoluntatem eius fieri possit. Deinde secundū Deum colas & obserues ad res tuas promouendas, cognatos. neq; fratri præferas aut æquipares amicum aliquē: quod non facile talis inueniatur beneuolētia in alijs, qualis in fratre esse solet. sed si inuenieris in aliquo talem, aut etiam maiorem, & eum tibi adiunxeris ut amicum, uide ut eum retineas, nec tu prior eum offendas ullo dicto aut facto, contra ius amicitiae: sed eum uere & cāndidē ames, & iuste colas.

μετὰ φίλοις.] Neq; linguae gratia & specie beneuola simules & fingas atq; præte feras amicitiā, neq; quicquam aut dicas aut agas erga ipsum sub fuso & prætextu amicitiae simulatæ: hoc est, tu prorsus nulla ex parte prior uiolē ius amicitiæ, & sis causa alicuius dissensionis.

σπάδικες ψυχές.] Sed si ipse cœperit te lædere aut dicēdo aut faciendo aliquid, quod tibi improberur, displiceat, & sit aduersum atque molestum.

dis.] Dupli retributione & vindicta penses: & quidem *μητρικός*, ut obserues & perpendas offensas amici, & eas memori mente retineas, nec dissimulanter feras: sed omnino hoc agas, ut ipse sentiat te grauiter offensum esse, & eius ut amici iniugiam longe indignius

homines hoc nō perpendant, aut cernant qui
in hoc etiam periculū se intrepidē coniiciunt
per suam stultitiam & incogitantiam, ex au-
titia & cupiditate immodica pecunie & opum
egurgitātem, quibus ferè metiūtur uitam, nec
minus eas amplectūtur quām animam suam:
idq; non solum prava cupiditate, sed & neces-
saria. quia ἀνθρώποι χρείατων, sine uictu & rebus
ad usum uitę pertinētibus, nō possunt durare.

Δελὸς.] miseros & infelices uocat homi-
nes propter hanc & cupiditatem & necessita-
tem, quibus perpetuò occupantur, distrahu-
tur & conficiuntur in omnis generis curis, so-
licitudinibus, difficultatibus, periculis & cala-
mitatibus.

Δενδρὸς άτ.] Sed sciendum est, mortem, quæ
marī inter fluctus sit obeunda, esse ualde hor-
ribilem, truculentam & miseram.

ἄλλα.] proinde te, & quemlibet alium, cui
est curæ salus sua, faternè moneo, ut hæc om-
nia μητέ φρεστί, diligenter & penitus in animis
uestris consideretis & perpendatis: quo co-
gnoscatis & peruideatis, ita uera esse, ut à me
dicuntur.

μάρτι.] Est hoc generale præceptum de
negociatione supra mare, quod potest accom-
modari ad omnem aliam incertam & pericu-
losam industriam & acquisitionem. Præcipit
autem, ut non omnes, neq; nimis multæ res
imponātur nauibus, sed semper plures domi-
cili

tēiusquantur: tum quia naves sunt caue, &
 fragiles: tum quia uis fluctuum & tempesta-
 tum sit uehemēns, & periculum ualde graue
 & horrendum, quod inter fluctus maris sit
 subeundū: quod declarat simili, petito à plau-
 stro nimis onerato, quod & ipsum axi aut qua-
 alia parte ex onere immenso fracta, ruina sua-
 tes pessundet: quod multo magis faciat na-
 uis mari submersa. Proinde monet, ut seruet
 mensuram siue modū, & quidem pro oppor-
 tunitate, quæ sit in omnibus optima. Est regre-
 gium & latè patens preceptum, de modo re-
 sto & conuenienti ubiq; seruando. Per ἄλλο
 ρησον intelligit modum, siue medium inter plus
 & minus, per λαχον, occasionem & opportuni-
 tatem, secundum quam, ut præcipuam circum-
 stantiarum, determinandum est omnibus in-
 tebus & negotijs medium illud: quia ita de-
 sumum sit rectum, cum est opportunum, & se-
 quendum alias omnes circumstantias consen-
 dicum. Hoc λαχον μήτρα, præcipi quidem po-
 test quod sit seruandum: sed ut deinde πρόγονος
 καὶ πράγματος definiri & constitui debeat, hoc
 nulli pro certo praescribi potest, sed est relin-
 quendum cuiusq; prudentiae, quia incredibili
 tate variat pro negotijs & earū circumstantijs
 ἀραιος δὲ γωνια τέρπη πετισκοφ ἀγενθε,
 πάτε τριπλάντω οτεων μάλα πελλ ὀργλάζ
 πάσης

174 IN HESIODVM
μήτ' ἐπίθεις μάλα πολλά, γάρ μοι δέ τοι
εἴθε στό.

Αὐτὸν γάρ τοι οὐδέποτε, τούτοισι δὲ γάμοισι.
παρθένικὴν δὲ γάμεν, ὡς καὶ θεαὶ θελναὶ δι-
δάξεις.

Πώς δέ μάλιστα γάμοι, πῶς εἰδένει γύναις
πάντα μάλ' αἰκατούσι τοῖς, μὴ γάτοις χάρια
τα γάμους.

Σὺντο γαρ τοι γυναικός αὐτῷ ληίζεται αἱ μενοφ-
θλαγχίδες· ηδί αὖτε κακῆς δρύσιον αλλο,
λαππολόχης, οὗτοι δέσποσι καὶ φεύκοι πρέποντες
εὖτε τοῦτον λαλῶ, καὶ οὐκέτι γάρ τοι διδάσκων.

Maturus præterea uxorem ducas in domū tuam,
Neq; à triginta annis multum destitutus,

Neque ualde multis adiecit: hoc coniugium est
tempestuum.

Mulier autem quarto pubescat, et quinto nubat.
Et ducas uirginē, ut eā erudias in bonis morib⁹.
Eamq; in primis ducas, quae proximè te habitat:
Omnibus admodum ex omni parte exploratis,
ne vicinis gaudia ducas.

Neq; enim vir cōsequitur quicquā melius muliere
Proba: sicut contrā nihil tristius improba,
Et luxui dedita, quae virum quamlibet robustum
Urit sine face, et crudæ tradit senectæ.

ΣΧΟ-

Absolutum partem unam *σινεραμίας*, quæ est *κλητινός*, siue *χρηματισμού*, rerum acquisitionis. cuius tradidit modos duos, pro temporib. & locis illis: unum per agriculturam, alterum per negotiationem: quamuis hunc alterum ita tradiderit, ut magis uisua sit ab eo dehortari per pericula & difficultates illas, quas in eo ostendit inesse maximas, quæ prudentiam & cautioem requirant maximam & sollicitissimam, & tamen euitari non possint sine beneficio diuino. Hanc partem administrationis domesticæ ideo uidetur primo loco tractasse, quia sentit prudenter & cum sua idonea præparatione in eundam societatem domesticam: nec prius ducendam uxorem, quam pro ea alenda aut assint res sufficietes, aut certè earum acquirendarum ratio & industria sint in promptu. Hac ergo acquisitionis ratione tradita, quasi fundamento, την οίκη domus & familiæ, quæ sine rebus ad uitam pertinentibus neq; institui, neq; conseruari potest, progreditur ad γυναικα, ad rationem ducendæ uxoris: quia suprà dixit, *οὐ πρὸς τὴν πρώτην γυναῖκα την*. Hic est iam alter locus huius libri, & uitæ domesticæ, de coniugio: quod alioqui, quoad societatem domesticarum personarum, locū primum sibi uendicat: sed non est prius ineundum, quam assit dominus, & rerū eius copia aut acquisitionis prompta. Paucis hunc locū perstringit, sed de præcipuis

cipuis nihil omittit. Tradit tempus coniugio
marorum in mare & fœmella. & quia mas si-
bi adsciscit puellam in uitæ societatem perpe-
tuam, & illam arctissimam: nec hæc societas
possit esse commoda, nisi assit proba uxor: &
deo quæ pro ea proba & commoda nanciscen-
da deliberari, dispici & agi debeant, accurate
subindicat. Marem coniugio maturum tu-
esse circiter triginta ætatis annos, ita ut ei mul-
tum neque desit, neque supersit de illis annis:
In quo tempore ferè consentiunt cum Poeta
nostro, Plato, Aristoteles, & alij, in doctrina
domestica & ciuili. In fœmella intuit optatu-
dum esse, ut pubescat decimoquarto ætatis an-
no, ut deinde decimoquinto nubilis duci pos-
sit: quod tempus ita circumscriput, floridissi-
mū illud quidem sentit esse, sed raro ita con-
tingere: ideo οὐ πλάτε accipiendum esse, cum
sua protractione usq; ad decimumoctauum
annum, aut etiam aliquantū ultra; sicut etiam
alij id circa decimumoctauum annum consti-
tuunt.

Θεοί.] Maturus, siue mature & tempesti-
tū: ut sit adiectum pro aduerbio possum,
constructione Græcis usitata. Et recte hoc sub-
iungit, quia in præcedenti uersu dixit, *λαρυγγίην πάσην αἴρεις.* Vbi monuit, medium oppor-
tunum & prudenter electum ubique pro-
quendum esse.

τέλος.] Aptè & hoc iubet: quia antè præce-
pit,

pit, ἀπερ μὴν πρώτισα: & quia forsan sponsū non uult diu hæc rete apud suos aut sponsę parentes, ut sensu & experientia communiū difficultatum coniugij & administrationis domesticarum, mature incipiat solitus, cautus & industrius esse.

¶ dīγνωτ.] Hunc florem ætatis in optima ἡρά
et cōstituit: sed quia talis ἡρά in paucis pueris inuenitur, ideo neq; hic flos potest in omnibus puellis ex hisce annis aestimari & definiiri. proinde ne in hac incerta uarietate quid erroris admittatur, quod notius & certius obseruari potest, subiūgit, ut παρθένοις ad ducendum dispiciat, quæ sit uirgo iuuenula, tenera & florida: & hoc ideo, ut eā flexibilem & tractabilem possit excolere & informare honestis moribus, pro suo arbitrio: quia ex similitudine morum, ut in omni alia societate, ita in primis in coniugio coalescunt animi. Vnde recte ille apud Comicum argumentatur: Mores consumunt, nuptiae cohærebunt. Sed ubi & quomodo potest haberi uirgo ita σύρυς & ιππός, bonæ indolis, cōmoda & flexibilis ad honestam affuefactionem? Si petatur non procul, sed ex uicinia: & diu & multum in singulis suis dictis, factis, gestibus, moribus & similiis, sollicitè & diligenter obseruetur, perpendaturq;. Ad quid autem est opus tali solitudine & circumspectione, in re ferè ex illecebrosa impulsione cupiditatis iuuenilis procedentes?

dente? Ad hoc, ne in puella procul assumpta,
 $\chi\alpha\rho\mu\alpha\tau\alpha\gamma\epsilon\tau\sigma\iota\gamma\mu\alpha\eta\varsigma$, ducas uxorem quę uitimis
 quidē sit gaudiū & lātitia, tibi uero; perpetua
 tristitia & carnificina: ut ita satius esset te non
 habere uxorē, quam talē, quę tibi nihil uolu-
 ptatis, nihil solatij, nihil subsidiij pr̄estet; sed sit
 molestiæ, dolori & imp̄edim̄to, nō tantū sua
 conuersatione, sed & uicinorum $\iota\pi\chi\alpha\rho\mu\alpha\zeta$,
 qui cum iucundo sibi ludibrio & fama grata
 atque insultationibus exoptatis exagitent, tra-
 ducant & lacerent tuam infelicem stulticiam,
 quod pr̄teritis uicinis melioribus, alienam
 duxeris deteriorem. Ex ista uulgi $\iota\pi\chi\alpha\rho\mu\alpha\zeta$
 nīg Homerus s̄apē & alij prisci Poetæ sumunt
 rationes commonitionum, quia hæc malevo-
 lentia, siue malignitas est penitus infita in na-
 turam corruptam, de qua etiam suprà libro I.
 Poeta hic tradidit,

$\beta\ddot{\nu}\lambda\Theta\delta\alpha\alpha\theta\rho\alpha\pi\alpha\iota\sigma\iota\mu\delta\dot{\iota}\beta\gamma\sigma\iota\sigma\iota\mu\alpha\pi\alpha\iota\varsigma$
 $\alpha\nu\alpha\kappa\iota\lambda\alpha\delta\Theta, \iota\alpha\kappa\delta\chi\alpha\pi\Theta, \dot{\iota}\mu\alpha\pi\iota\iota\sigma\alpha\tau\gamma\gamma\alpha\pi\zeta\varsigma.$

Et est huius uitij magna uis ad nocendum a-
 lijs: tum uero; honestis & prudentibus non est
 ferè quicquam aliud molestius & odiosius,
 quam hoc uitium: atq; proinde non aliud ma-
 iori curæ, & crebrius in uotis, quam huius ma-
 li fuga. Vlysses certè, cum Nausicaæ filiæ regis
 Alcinoi precatur $\dot{\iota}\mu\alpha\pi\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$ in coniugio, tan-
 quam rem optimam, inde eam maximè com-
 mendat, quia afferat $\tau\omega\mu\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$ $\ddot{\alpha}\alpha\gamma\alpha\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$, $\tau\omega\mu\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$
 $\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$ $\delta\alpha\mu\iota\iota\mu\alpha\iota\iota\mu\alpha$, multos dolores inimicis &
 malevo-

maleuolis, gaudia autem beneuolis & alicis. nam praui, ut in aliorum fortuna aduersa maxime gestiunt παχεικαις, ita inuidia turbanatur in fortuna secunda, & dolent.

Ἐπομένῳ. } Hæc est altera ratio præcepti de sollicita & diligent circumspectione in ducenda uxore. prior est petita à moribus & malevolentia uicinorum : hæc petitur per αἰτίων à moribus bonæ & malæ. uxoris quia ut proba nihil potest homini contingere melius, grauius & exoptatius: ita improba nihil deterius, molestius & acerbius. Απειλέχει uocat ligum suricem, luxus & deliciarum aidam, & hisce clam indulgentem: ac per consequens ignaviam, inertem, & rei domesticæ negligentem: tum uero lasciuam, salacem & impudicam. Talis profecto honestum & cordatum uirum, quamlibet robustum & industrium, adurit sine face & igne, & tradit crudæ senectæ: hoc est, macerat & cōficit eum, ita ut ante tempus exhauiatur & cōsenescat. quia, sicut antè dixit, αἴτιος ἡ πάση τῆς βροτοὶ λεπταγγάσουσι: nec est facile aliud grauius & molestius malū honesto & intelligenti uiro, quam mulier huiusmodi.

Αἴτιος πάση τῶν μακάρων τε φυλαγμάτων εἰν.

μάκαρος γεννήτω οὐδὲ ταῖς μακάρεσσι τε φυλαγμάτοις, μάκαρος γεννήτω οὐδὲ ταῖς μακάρεσσι τε φυλαγμάτοις. (Fus, Καρδιακός, μάκαρος γεννήτω οὐδὲ ταῖς μακάρεσσι τε φυλαγμάτοις.)

μήτε τούτοις γλώσσης χαρίψει δέ κανεῖχε;
πάτε επος εἰπώμενος οὐδὲν εργασ,
δις τότε τίννυαδι μεμνημένος. εἰ δέ κανεῖχε
καὶ τότε φιλότητα, δίκια δέ εθελποι πάρε
χεῖν,

δέξασθε. Μειλός τοι αὖτε φίλοις ἄλλοις ἄλλοις
ποιεῖται. σὲ δέ μή τι νόομον κατελεγχέτω εἴδος.
μή δέ πολυζεινομού, μήδ' ἀξεινομού καλέεσθαι.
μή δέ κακῶμενάρομού, μή δέ διλῆμαν φένεταιρος.
μηδέποτε δλομεῖς προνέων θυμοφθόρου καὶ
θρόνος.

Τέττλαθονειδίζειν, μακάρωμον δίστημαί εἴσθι.
γλώσσης γριθοσαυρὸς γάντιον ποιεῖ πάρις.
φειδωλῆς, πλέιση δέ χαρίς γῆ μέτρον ιδομεῖ.
εἰ δέ κακὸμενάροις, ταχατάκιστος μᾶλον ἄκαστος.

μή δέ πολυζεινουσιατός δυνατόφελος οὐδεῖ.
Ἐκ ποινῆς πλείση δέ χαρίς, δαπάνη τὸ λιγίσκον.

Præterea sollicitè curā Dei immortalis retineas,
Neq; amicum fratri parem tibi assumas.

Et si assumpseris, non ipsum prior lædes, (prior
Neq; fingas lingua gratiam: quod si ipse inceperit

Quid molesti uel dicere, uel etiā facere, (si rufus

Cōsideratē cogites de vindicatione duplicata, sed

Præcer

Præcat ad amicitiam, & uelit pœnam lueret,
Recipias eum, nam prauus amicum subinde
Mutat: tuum uero animum nulla species prauita-
 tis redarguat.

Neq; multorum neq; nullorum uoceris hospes:
Neq; malorum socius, neq; bonoru uituperator.
Neq; unquam noxiam & molestam inopiam uiro
 Ausis exprobrare, quæ sit diuinitus immissa.
In hominibus est optimus thesaurus linguae
Parcae, & maxima gratia moderatae.
Quod si quid maledixeris, fortasse peius quid au-
 dies. (feras:

Neq; ad conuiuium cōmune inuitus & parcè con-
Nam communis conuiuij & gratia maxima, &
 sumptus minimus.

Σ X O Λ I O N.

Hæc Poetæ nostri doctrina est, sicut iam
 saepè diximus, grauis illa & uerè philosophi-
 ca, de officio hominis in omnes uitæ partes,
 pro recta, fœlici & gloriofa eius administratio-
 ne. Hoc officium hominis constituit in iusti-
 cia & labore, siue in labore iusto. Primum tra-
 didit de hoc labore iusto, & commendauit illa
 communia præcepta, quæ pertinent ad om-
 nes homines, ut uolunt & debent secū & cum
 alijs in societate communi benè uiuere, ut bo-
 s s. ni uiri

ni uiri & ciues boni: deinde cœpit tradere pœcepta de uita domeſtico, & officio patris familiæ. Hæc autem ratio uitæ conſtat quatuor partibus, & prudentia ſive induſtria quadriplici, ſecundum quam pater familiæ obit perſonas quatuor. Eſt maritus, quo ad uxorem: eſt pater, quo ad liberos: eſt dominus, quo ad ſeruos: & agricola aut negociator, aut alio modo x̄eumatiſſe & acquisitor, quo ad res. De iſtis ſingulis ei pro ſuo iſtituto tradendum fuit. De officio, poſtremo ordine dignitatis, de rerum acquisitione, ipſe ratione neceſſitatis pro iſtituenda reēte familiæ primò diſſeruit: unum modum acquirendi terra, alterum mari p̄ſcripsit: deinde de uxore, ducenda p̄cipua quædam, pro fælici coniugio incūndo ſubiecit: de numero liberorū in fine latti p̄imi, poſt tradita p̄cepta uitæ comitatuſ, abi inchoarat ea quæ de uita domeſtica peculiari- ter libro hoc ſecundo traditurus eſſet, dixit quædam: de educatione & iſtitutione eorum, nihil ſeparatim dixit, quibus uult paren- tum uitutem, prudentiam & genus uitæ eſſe regulam, exemplum & scopum. De gene- ratione eorum opportuna & fælici, poſtea in loco de uarierate dierum tradet quædam, abi etiam inſeret quædam de eorum educatione. De ſeruis & ancillis parandis, uſurpandi, & in officio retinendis, in loco acquisitione rerum per agriculturam inſeruit quædam p̄cep- ta,

cepta, quod hæc personæ sunt de rebus & iure possessionis. Ita hanc quoque uitæ domesticæ rationem per omnes ferè partes est excutus, non quidem ordine philosophico, simplici illo & plano, sed hoc poetico, qui est suo modo peculiariter eruditus, de quo Horatius in Arte poetica :

Ordinis hæc uirtus erit, & uenus, aut ego fallor:

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici

Pleraqueq; differat, & præsens in tempus omittat.

Quæ ordinis & structuræ administratio est in Poesi tam artificiosa, aut etiam magis quam illa in Oratoria, aut quocunque alio scripti genere. His ita traditis, exequitur illa reliqua, quæ sunt de officio boni patris familiæ, & latè patent : quæ ipse iam constitutus in domestica administratione, pro ea ritè & fœliciter tuenda facere & curare debet, quo ad Deum & homines, ut fratres, amicos, hospites, socios, & omnes ciues : quoniam ipse in quantacunque sua opulentia, prudentia & industria sibi non potest sufficere, sed eget alieno, & eo multipli subfido, primum Dei, deinde hominum: & horum non solum cognitorum, affinium, amicorum, hospitum, & quādā peculiari benevolentia iunctorū, sed & ciuiū suorū: quod nō potest suā familiā instituerē & tueri, nisi in quadā societate ciuili. Pro huiusmodi patris familiæ institutione humana & ciuili tradūtur hæc sequētia præcepta, quib. ille

ille consequatur & conservet famam dignitatis & uiri & ciuiis pñ, boni, honesti, officiis, humani, æqui, grauis, prudentis & moderati. Primum hic locum attribuit præcepto de pietate, quæ sit perpetuò & serio occupata in agnitione, reuerentia & obseruantia numinis & gubernationis diuinæ. Non debet paterfamilias persuasum habere, se sui iuris esse, & non egere ope aliena: sed putare debet, se esset sub gubernatione diuina & humana, atque utriusque & patrocinio & auxilio indigere, & in primis Numinis: & ideo ante omnia debet consideratè custodire & reuereri eius ἵππον, inspectionem, animaduersiōnē, prouidentiam & gubernationem: & quidem suam ἵππον cōdigere debet perpetuò, qua Deum ipsum, & λαόν eius agnoscat, intueatur, reueret, & conciliet sibi. ἵππον Poetæ admodum optime usurpant pro intuitu & diuino & humano, atq; utriusq; effectis. In Deo significat hęc vox eius inspectionem, animaduersiōnem, curam & gubernationem rerum omnium, atq; adeò νίκην, iustam indignationem, quam exercet in delinquentes. In homine significat agnitionem & cōsiderationem Dei, respectum ad ipsum, eius metum, reuerentiam & obseruantiam. Hoc utroq; modo hic usurpatur. Præterea, inquit, ὁ benè, sedulo, accuratè & ut conuenit & est rectum, πισταγμένος ἄντα, obserues, custodias & colas ἵππον tua agnitione, cōsideratione,

fideratione, reuerentia & obseruantia, ~~et~~ ^{et} diuinam, qua ipse omnia intuetur, curat & administrat, ut nihil clam ipso & contra uoluntatem eius fieri possit. Deinde secundū Deum colas & obserues ad res tuas promouendas, cognatos. neq; fratti præferas aut æquipares amicum aliquāc: quod non facile talis inuenitur beneuolutia in alijs, qualis in fratre esse solet. sed si inuenieris in aliquo talem, aut etiam maiorem, & eum tibi adiunxeris ut amicum, uide ut eum retineas, nec tu prior cum offendas ullo dicto aut facto, contra ius amicitiae: sed eum uerē & candidē ames, & iuste colas.

~~μηδέ τινα θέλωνται.~~] Neq; lingue gratia & specie beneuola simules & fingas atq; præte feras amicitiā, neq; quicquam aut dicas aut agas erga ipsum sub fuco & prætextu amicitiae simulatæ: hoc est, tu prorsus nulla ex parte prior uiolē ius amicitię, & si causa alicuius dissensionis.

~~μηδέ τινα θέλωνται.~~] Sed si ipse cœperit te lèdere aut dicendo aut faciendo aliquid, quod tibi im probetur, displiceat, & sit aduersum atque molestum.

~~μηδέ τινα θέλωνται.~~] Dupli retributione & vindicta penes: & quidem ~~μηδέ τινα θέλωνται~~, ut obserues & perpendas offendas amici, & eas memori mente retineas, nec dissimulanter feras: sed omnino hoc agas, ut ipse sentiat te grauiter offendum esse, & eius ut amici iniuriam longè indignius

gnius ferre, quām cuiusquam alterius. & hoc
eō referas, ut si forte mature possis eum emen-
dere, & reuocare in viam, ut agnoscat suum
delictum, & eius pœnitentia motus culpam
deprecetur.

et dī nys.] Quod si eo perductus fuerit, & uo-
luerit redire in amicitiam tuam, atq; in hoc se-
dulō incubuerit, ut te sibi reconciliet quibus
possit modis, pensatione etiam offendit.

et dī adū.] tum non excludas, sed recipias eū
prompte, & sine omni importunitate: quia bo-
ni, honesti & graues viri non solent facile se-
iungere & mutare amicos: sed *etiam*, miseri,
hoc est, praui & uitiosi, hoc faciunt, qui perpe-
tuò mutant amicos, & aliū post aliū sibi
adsciscunt, nullū autem diu retinent: quod
neḡ uerē φίλοις & φίλαις, amabiles & amicē
affectiones, sed sui similes recipiunt, neq; ipsi sunt
φίλοις amore diligiti, aut φίλαι affectionibus ami-
citiæ iucundi & grati: sed sunt μιστοὶ, odiosi,
importuni & molesti: utpote ὑαληρὰ μηδεγένει,
praui, uitiosi, atq; inculci, atq; absurdi, inconstan-
tes & mutabiles. Tu uero cancas huiusmodi
labes in amicitia. *et dī.*] te uen̄ μὲ τὸ ἀδε,

nullā species nich̄ λαταιγίτω, redarguat ῥόπ, sc̄i
hicet λατῶ, ita ut prodat & declaret animum
tuū uitiosum: id est, tu uero uites omnia que
in amicis improbantur, nec ullo genere uitio-
sum, & prius quām conueniat integrum. uel,

¶ *ad 7. Non aliqua species amicitiae tuum animum redarguat & prodat, ut parum integrum & commodum: neque amicitia familiaris, neque hospitalis, neque sodalitia, neque conuiualis, neque ciuilis & communis te culpabilem ostendat, & ad huiusmodi societas & coiunctiones minus idoneum.* Potest hoc etiam intelligi de tota uitæ ratione, ut imbeat eum uitare, ne qua in parte uitæ eius animum redarguat uitium aliquod: præcipue autem quo ad Deum, & familiarem atque ciuilem uitæ consuetudinem: ut sit haec generalis comprehensio omnium eorum præceptorum, quæ sequuntur de uitandis.

modi vniuersariorum:] Subiungit per distributionem illas amicitiae species, quas rite prosequi, nec in ulla quicquam peccare & delinquere debeat: & quid in quaque seruandum sit docet. Iam tradita est amicitia simpliciter & absolue dicta: hæ sequentes secundum quid & merita propria, cum adiectione speciei & differentiæ, quod alia est hospitalitas, alia sodalium, alia conuiuantium, & sic secundum alias differentias rerum & actionum congregantium homines, in posteriorem partem rei ciuntur. Iure hospitalitatis iuncti neque nimis multi, neque prorsus nulli sunt habendi: mediū mult seruandum esse ut in alijs omnibus, ita haec quoque in re. æxviæ, que est in defectu immodi co, causæ sunt in promptu: præbet ea famam inciuium.

incivilitatis & inhumanitatis, & hominē malis subsidijs & solarijs uitæ spoliat. πολυφύτε
incommoda licet cognoscere ex 9. θεοῦ Ari-
stotelis, ubi ostēdit, neque πολυφύλια in aliqua
specie amicitiae posse commodum locum nau-
cisci, & eum tueri. ad quam suam sententiam
probandam Philosophus etiam hanc Hesiodi
assumit, & ostendit eam intelligendam esse e-
tiam de amicis propriè dictis: quæ certè mens
est Poetæ nostri. nam unum tantum concedit
uerum amicum, qui sit loco fratrī: & quo-
modo is sit retinendus in officio docet. & po-
stea hoc præceptum de hospitibus neque mal-
tis, neque prorsus nullis conciliandis subian-
git; aliquanto explicatius ad prioris etiam di-
fertiorē explicationē. quasi dicat: Sicut
concessi tibi unum tantum amicum, & neque
nimis multos, neque prorsus nullos probauis
ita tibi præcipio, ut hospites neq; nimis mul-
tos, neque prorsus nullū, sed paucos tibi as-
sumas. De amico definite loquitur, quod
(sicut etiam Philosophus docet) non potest
facile nisi unus uerus & acquiri & retineri: ho-
spites autem possunt & debent suo modo plu-
res haberi, perinde ut etiam alij amici iucundi
& utiles, quos etiam communis χράα plures
parit & offert. οὐδέποτε autem & ιπταμένοι
ci, non sunt ita obuij; quia debent esse ἀργόν
& πινακούμενοι: & assumuntur nō τρία ἀργό-
τάρη, sed τρία σύργυτάνθαι. Hospitalitas au-
tem hic

tem hic intelligenda est prisca illa, quæ erat certi iuris, & illius religiosi, cuius præcipue apud Homerum multa proponuntur exempla: hodie in familijs illustribus magnatum & nobilium retinetur eius quædam similitudo. *λειδας, uoceris, habearis, & pares tibi famam talem.*

μετί λανῶν.] Est hæc alia species amicitia, quæ uocatur *ταυρία*, siue *ταυριά*, sodalitas: ex quo genere fuit Achillis & Patrocli, Orestis & Pyladæ, atq; similium coniunctio & benevolentia mutua. Hæc est præcipue iuniorum, & iuueniliter affectorum, deinde etiā aliorum, quatenus studio quodam recreationis & iucundæ conuersationis tenentur. Hic non tam peccatur quantitate, ut nimis multi aut pauci assumantur: quam qualitate, ut praui adiungantur, & boni cōtemptim prætereantur, aut etiam culpentur. Ideo utrumq; hoc prohibet, & contrarium præcipit: ut præteritis uitiosis, boni adsciscantur ad conuersationem, quotiescumque illi, quoniam id ætas ferat in iunioribus, in adultioribus autem occupationū molestia efflagitet, & ciuilis ratio admittat. *ἀφιλία* autem in hoc genere non est metuenda, præsertim quo ad iuniores, qui sunt conuersationis cupidissimi. Vnde est hoc, *ἢ μετέλλων τοῦ πατ* & *λειδας γε αὐτὸς μήτ' ἐμύλικας οὐ ποιεῖται*, sicut ipse paulo antè dixit.

μετίστιτ.] Praui sunt segregandi à sodalitiæ
t conuer-

conuersatione. Quid uero, si sint quidem probi, sed inopes & pauperes? Sunt ne isti etiam segregandi à familiari conuersatione? aut si sint admissi, & assint, posthabendi alijs, aut etiam aspernandi cum exprobratione inopie? Nullo modo: & hoc ideo, quia primū tales nō sua culpa, sed communī aliqua calamitate diuinitūs immissa sunt inopes: deinde ferunt inopiam ἀλογεύη, noxiā & incommodam ipsis ad suas honestas uite actiones, quia (ut Philosophus dicit) ἀλιώτερον τὰ οὐλὰ πράγματα ἀχερήστηκα: non potest fieri ut honesta agat, cui non res suppetunt. tertio, quia hæc inopia est ipsi ὑπομονὴ, molesta & acerba, quæ animum ipsius exedit & conficit, & à qua nullo suo studio & conatu liberari potest.

μυωδῶν Λέσιμ.] Bona distinctio, quæ se extendit ad omnia uitia & mala inuoluntaria, de qua Philosophus lib. 3. ἀποκαπ. 5. τοῖς μὲν δὲ φύσειρ ἀσχροῖς, ἐδὲτε πιτιμᾶ, τοῖς δὲ ἀγνοιαῖς οὐκέταις. οἷοις ἢ οὐκέταις πορί αἰδίνεται οὐκέταις αἰσχοῖς οὐκέταις πορί. ἐδὲτε γένεται συφλῶ φύσις, ἐτικτοῖς δὲτε πλευραῖς, καὶ λαβοῦται οὐκέταις, τῷδε δὲτε σινοφλυγίαις ἢ ἐδὲτε οὐκέταις πλασίαις, πᾶς αὖτε πιτιμόνος.

γλώσσα .] Plures subnectit rationes de non contumelioso aspernando paupere unquam, & præcipue in iucunda cōuersatione. & haec rationes iam petuntur à persona ditioris, cuine que est honestū neḡ utile abuti sua lingua ad alios immitiō lēdendos & cōturbādos, cum eius

eius rectus usus hic sit, ut alios quam maxime & iuuet & oblectet. apte autem hoc in loco inserit obiter & commendationē lingue, & admonitionem de eius recto usu: quia iste in primis requiritur in cōuersationib. que potissimum ob & per colloquiones dextras, suaves & gratas sunt. Hunc autē linguae rectū usum ostendit & probat, ut sit parca, hoc est, grauis, sobria & cōtracta & moderata: hoc est, considerata, prudens, & dextra. Illud per se consideratum docet esse optimum, hoc gratissimum: sicut autem innata hęc duo, innuit perficere hominis linguam & orationem, ut fiat laudatissima & exoptatissima. Lingue, inquit, φηλολής, non exundantis, liberę, uagę, pręcipitis & pertulantis: sed parcas, hoc est, contractas, refrenatas, uerecundas, sobrię & grauis. θεσαρίς. ἡ λαμέλινη, quia est bonum hominis proprium, & singulare Dei donum in natura humana: deinde, quia est animi interpres pariter, & declarat thesaurum preciosissimum animi sapientis & boni uiri reconditum, & ex eo profert in medium ad intelligentiam & communicationem aliorum, optima quæque: ut ita uerè sit thesaurus, & in opibus, optimus & preciosissimus, in virtutibus, in hominib. & inter homines, in cœtu & cōuersatione eorum: quia neq; ipsis, quib. inest lingua sobria & grauis, potest aliis melior & preciosior inesse thesaurus: neque in communi uita possunt cum alijs

πλάστη ἡ χαρίς.] Plurima autem gratia, uolu-
ptas, suauitas & oblectatio est, *ἴσσες*, non re-
dundantis, & præcipitanter ruentis, sed sen-
sim & leniter fluentis, euntis & incedentis, *λε-
τὰ μίσθου*, secundum modum & medium ratio-
nis rectæ & prudentis: hoc est, tū parca, sobria
& grauis lingua, quæ est optima, saluberrima
& honestiss. tibi, & alijs fit etiam iucundissi-
ma, gratiss. & exoptatis. cum etiam nacta est
moderationem suam rationis rectæ: hoc est,
cum nihil temere, inconsideratè, odiosè, inde-
corè & inconcinniter effert.

εἰδι λακοῦ.] Contrà, lingua infrenis, impor-
tuna, maledica & contumeliosa, est inutilis &
incommoda, ipsi etiam qui ea utitur: quia fe-
rè, qui maledicit alijs, ipse peiora audit. nemo
enim patitur se contemni & dehonestari, sed
contra contumeliosa regerit similia, nec ea un-
quam desunt ulli in ullo quamlibet honora-
to: aut certè abundè multa, ipsa ira suppeditat.
Ex quo est hoc Iuuinalis:

Si natura negat, facit indignatio uersum.

*& omnino aliter statim post iræ motū de quo
libet iudicamus & statuimus. Nullus ergo qui
uult consultum famæ suæ, alium lacescat con-
tumeliosis dictis: quia, ut Homerus dicit,*
ἐποῖον τὸ ίπος δύναδα, τοῖον καὶ ιπανόστος:

Quale uerbum dixeris, tale etiam audies. &

Terentius:

Terentius: Benedictis si certasset, audisset bene. &: **Qui** quæ uult dicit, quæ nō uult audit.

μετὰ τολνγάνην.] Est alia species amicæ societatis &c conuersationis, quo ad conuiuationes & compotationes publicas uel priuatas, ad quas singuli conferunt accessores suā partem de pecunia, aut rebus eò facientibus. Haec summa importuniorem auersationem prohibet duas ob causas: quia huiusmodi communes conuiuationes & afficiant concilientq; animū hominum singulariter, sumptu constent minimo. Cautē aut̄ loquitur: & quia in hominibus est magna proclivitas ad uoluptates, non dicit, sis *ωτανίς οὐκ εύπλαστός*, facilis & prontus ad has etiam conuiuationes: sed *μὴ αυτίμητος*, non sis difficilis & accessionis & collationis, quia nō pauci tales etiam inueniuntur inter homines, qui uel abhorreant ab humanis &c ciuilibus conuersationibus, uel grauare in eas aliquid conferant, ut sint ita utroque modo *αυτίμητοι*, & quia æ grē patientur se perduci ad conuentus hominum, & quia inuiti faciunt sumptus. Ideò occurrit utriq; huic difficultati rationibus suis, ex hoc genere conuersationis petitis.

τέλοντα.] Ex hoc, inquit, genere conuiuationis, quod non suis tantum, aut alterius cuiuslibet solius sumptibus, sed ex communi omnium conuiuantium collatione celebratur.

ταῦτα γε καρός.] Primum gratia percipitur
t 3 plurima.

plurima. per gratiam intelligit non solum uoluptatem, suavitatem & hilaritatem, quam sanguini conuiuantium suam conferunt in medium: sed & benevolentiam, quia ad huiusmodi uoluntarias conuiuationes non conueniunt nisi beneuoli, qui cupiunt & possunt simul esse, & hi per huiusmodi conuersationem suam benevolentiam erga se inuicem magis declarant, alunt & confirmant.

Anapárrhysse.] Deinde ex hac conuiuatione, quæ expensis cōmunibus suscipitur, datum sumptus minimum sentitur: quia quisque unā tantum pro se partem confert in eam. Nō temetè autem Poeta utitur tali ordine, hoc in loco: sed quia fratre, & quemlibet aliū quem fratrem cupit sua hac doctrina de meliori uitæ ratione instructum, vult omnino fieri humanum, sociabilem & ciuilem per familiarem consuetudinem uitæ cum alijs, ideo primum tradit præceptum de parando & retinendo amico, qui sit de fraterna & amantissima familiaritate: sed quia talis non facile haberi potest, tradit alterum de socijs asciscēdis & prosequenda cōuersatione cum omnibus bonis, cuiuscunq; sint illi conditionis, per collocutiones & usum lingue commodum, rectum, suauem & gratum: & quia est interdum etiam uiuendum suauius & hilarius, & huius quoque conuersationis sunt sui modi, quem ipse ex illo maxime probet, ostendit: Omnes istæ conuersandi

versandi formæ sunt in usu uitæ communis, sed non facile omnes ab eodem usurpari possunt. Postrema est usitatissima. Prisci huiusmodi cōuersationes uocabāt *εὐαίρικα*, ab eo quod simul caperent cibum: uocabant etiam *εὐμέλεια*, quia singuli conferrent ad eas: item *εὐμετάξια*, à compotando: & *ἰπάντες*, uel quia *ἱπαγού* amabiles, iucundi & suaves illis fruerentur: uel quia qui ad eas conuenirent, essent quasi *ἱγαστροί*, mentium & uoluntatum quodam mutuo amore tenerentur. Tales sunt nostris temporibus conuiuationes & compotationes, quæ in curijs & alijs locis publicis aut communibus habentur, ad quas accedentes singuli soluunt pro se: interdum etiam priuatim cognati, affines, uicini & alij amici conueniunt, & aut conferunt cibum & potum, aut fit expensarum suppuratio & æqualis persolutio.

μηδὲ ποτ' οὐδὲ διὰ λέθαιον αὐθοπα σῖνον
χρεσὶν ανίπτεται μηδὲ ἄλλοις ἀθανάτοισιν
ἢ γάρ τοι γε κλύσουσιν, ἀρπάζουσι δέ τ' ἀ-
ρεῖς.

μὴ δὲ αὐτὸν πελίον τε πραμπλίθεος οὐκ
χεῖμ,
αὐτὰρ ἐπέκεινος μεμνημένος εἴ τ' ανιόντα,
μήτ' οὐδὲ, μήτ' ἐκ τοῦ οὐδεῦ περιέδινε
γένος.

μή δ' ἀπρυνμινωθεὶς, μακάρεωρ τοι γύκτεσθε
αστιψ.

Εὔρυλος δ' οὐε θεῖος αὐτὸς πεπινημένος εἰδός,
πόδις πάθεις τοῖχον πελάσσεις οὐδρχίος αὐλᾶς.
μή δ' αἰσθία γενῆ πεπαγκυλίος γένθεθην οἴκα
ἔσικέμπελαστὸν πράφαινέμεν, αλλ' ἀλέα
δαε.

μή δ' ἀπὸ σιναφίμοιο τέφρας ἀφνοσίσαντε
οὐδρμαίνειν γενεῖσι, αλλ' ἀθανάτωρ ψὲ δαε
τός. (διῳ)

μεστὸντ' ἀγνάσσων ποταμῶν καλλίρροον ν.
ποστὶ πορᾶς, πούρῳ γ' σύξῃ ιδίῳ μὲν καλέ
ρέεθρα,

χεῖρας νιτάμδην πολυκράτων ὑδατη λευκῷ.
ὅς ποταμὸν διαβῇ, κακότην δὲ χεῖρας αἴπεις,
τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι, οὐδὲ λγειας δίκαιη ὅπισ·
σω.

Nunquam sub aurora Ioui uinum nigrum libes
Manibus illotis, neque Dijs alijs;

Quia non audiunt, sed respuunt preces.

Neque prorsus erga Solem conuersus minges,
Sed sub occasum cōsideratē uertas te ad orientē.
Neque in uia, neq; extra uiam incedendo minges:
Neque nudus, quia noctes sunt Deorum:
Sed pius et cordatus sedendo,

Aut

Aut accedendo ad parentem aulæ munitæ.

*Neq; pudenda spermate inquinata intra domum
Palam coram laribus proferas, sed uites.*

*Neque reuersus à sepulchro lugubri
Semines sementem, sed à conuiuio deorum.*

*Neque unquā perennium fluviorum limpida aquā
Trāseas pedibus, antequam intuitus in pulchram
aquam uota feceris*

Manibus lotis aqua per amabili & pura.

*Qui transierit fluum, nō lotis manibus ob prae-
uitatem,*

Ei succēsent Dijs, et in posterū aduersa cōtribuūt.

S X O A T O N.

Duo subiecit, quæ bono viro & patrifami-
liis sint diligenter seruanda, pro administra-
tione familiæ suæ recta, probabili & fœlici in-
ter homines, & in societate ciuili. Primū fuit,
νὴ περὶ ἀλευάτων, ut Deum habeat ob oculos,
cum reuereatur & colat, eius inspectionem o-
mnium & r̄μισιν obseruet. Alterū fuit, ut ob-
seruet & colat etiam homines, eos sibi deme-
reatur & conciliet morum suorum & uitæ iu-
cunda & grata cōmoditate: sed ita, ut cognati
preferat alijs. Hoc est iam executus: de il-
lo priori genere proposito in specie & per par-
tes nihil dixit, id nunc facit & ostendit, in qui-
bus negocijs & actionibus uitæ sit in primis

t s habenda

habenda Dei cura, & eius inspectio obseruanda. & quæ hic cōmemorat negotia religiosè uitanda, sunt illa quidē obvia, quotidiana, & arbitrij curiusq; sed quæ p̄t se ferant singularem quandā aut securitatem & irreuerentiam, aut obscœnitatem, aut inuercundiā, aut incontinentiam, aut inciuitatem, aut imprudētiā, aut negligentiam, aut molliciem, aut fiant cum uitio alicuius turpitudinis & incōmoditatis, ut & p̄t alijs sint fugienda & prohibenda: nec prohiberi satis possint, nisi per cōmigationē indignationis & pœnē diuinaz, quæ ea semper sequatur: ex qua cognita conceptus timor Dei homines perpetuò & magis arceat ab huiusmodi negotijs, quam ulla civilis prohibitio facere possit; quæ non potest ita semper adesse & uellicare animos hominū, sicut ipse timor Dei. Possunt hæc etiam referti ad id generale p̄ceptū, quo dixit, σι ἦ μή πόθεν οὐχίτα ἀδεί, ubi prohibuit omne uitium: ut inde hactenus quidem exposuerit uitia uitanda quo ad homines, deinceps autē exponat quæ sint uitanda quo ad Deum, quibus ipse graviter offendatur, & ea puniat.

Musæus'.] Hic securitas & irreuerentia circa cultū Dei prohibentur. Inducere aliquē cultum Dei cæteronialē, non est ita difficile: sed in hoc est difficultas, ut ille ritē celebretur. cuius h̄tē facit mentionē cultus, fuit ille tum temporis receptor, obseruabatur ab omnibus, sed à p̄p̄to

à pascie folicite & reverenter cū puritate corporis & animi. Hoc ipse prohibet, nec uult ut aliquis illotis & impuris manib. attrectet matutinam libationem. Per manuum impuritatem, intelligit etiam animi, quæ multo magis est Deo aduersa, & deponenda in studio conciliandi numinis.

2. s̄s.] ex tempore matutino, & benē mane. Gentilibus etiam hoc persuasum fuit, nihil sibi sine opere diuina fōeliciter procedere: ideo in more fuit, mane ante omnia negotia diurna per suas ceremonias opem numinis inuocare.

3. yaf.] Rationem prohibitionis subiungit à libatione irrita & caſſa, quæ ob manuum impuritatem non consequatur suum effectum: quia Deus non exaudiat preces & uota talis libationis, sed potius ea respuat & abominetur.

4. dōt.] Hic prohibet quædam inuercūda & obscēna, impudica & irreligiosa, quæ Deus ualde detestetur, & cuius graui & diuina persequatur. Irreligiosum, petulans, inaccessandum & obscēnū est, meiere & aduersus solem, & in uia, & extra uiam progrediens, & nudato corpore.

5. dōt.] stans & erectus, uel rectā aduersus idem: quia hoc uidetur petulantius, & nunquam religiosum. Ideo obseruandus est eius cursus: & in occasu quidem uertendū est corpus uersus ortū, in ortu aut uersus occasum.

autag

κύραγηντα.] sed ubi Sol occiderit. *μηδεποτέ*
τός, sciens, consideratus, & consultò atq; ope-
 ra dedita ad Orientem, scilicet *τιτανομολίθος* iux-
χάν, conuersus mingas. hoc enim est hominis
 religiosi, considerati, & grati erga Deum, qui
 tam præclarum, admirabile & salutare opes
 & donum cœleste ueneratione quadam pro-
 sequatur. Potest etiam alio sensu, & illo allego-
 rico intelligi: per solem, uir magnus & præ-
 stans pietate, uirtute & sapientia: cōtra quæcū
 non sit meendum, hoc est, aliquid proteruē,
 temerē, impudenter & irreuerenter agendū.

μήτ' οὐ ιδω.] Hoc fortasse turpe & innere-
 cundum existimabatur tunc etiam, sicut & ho-
 die: quia in loco publico, & in conspectu alio-
 rum aut præsentium, aut prætereundium fie-
 ret: aut quia honor quidam putaretur debe-
 ri etiam uījs publicis, propter earū uīfam com-
 munem & assiduum, in quibus etiam spuri-
 ties & factio effet fastidio.

προβάσιλη.] progrediendo, quod uidetur es-
 se iuuenilius & proteruius, atq; contra hoc na-
 turæ opus, in quo bruta etiam abstinentia mo-
 tu & progressu.

ἀπρυνυτας.] nudatus, ut pudenda detecta
 alijs appareant: quia hoc est inuercundum,
 lasciuum & obſcenum, & ideo cōtra Deum,
 qui noctem & tenebras atq; abſcōfionem di-
 ca hæc probat. Vel μοὴ ἀπρυνυτας, neq; nu-
 dus & cum noctu surgis ad reddendam uī-
 ram,

nam, atq; cum es solus: quia noctes sunt Deo
sacratae, & habent numinum præsentiam, ut
non quemadmodum clam hominibus, ita e-
tiam clam Deo quid fieri possit noctu & in so-
litudine. Ita uult adesse perpetuam uerecun-
diam, non solum palam propter homines,
sed etiam clam propter Deum, qui semper &
ubiq; assit, neq; quicquam cum fallere queat.

Ιερός.] Prohibitis modis ejciendæ urinæ, uitiosis & turpibus, subiicit duos rectos,
qui pio & cordato probentur, & sunt in usu.
Prior autem est, ut *Ιερός*, sedens & corpore
inclinato hoc faciat, more mulierum, & ma-
rium etiam in nonnullis regionibus: & hoc *Ιε-
ρόπλεος* opponit & τῷ ἀρθρῷ καὶ τῷ περιβάσιῳ, quod
utrumq; improbavit. Alter est, ut si ita procum-
bendo & inclinato corpore non liceat, neque
sit cōmodum reddere urinam, accedat ad ali-
quem parietem proprius, & ibi stans eam red-
dat: ut ita neq; in idem & in conspectu hominū,
~~neq; ἀντηγένετος~~ nudato membro hoc faciat.
Hæc expositio est satis commoda: sed posset
forsitan etiam alia tradi non incommodior, ut
pius & prudens vir hanc necessitatem diligen-
~~τε~~ consideret, & antequam exeat domo in pu-
blicum, sedens domi supra locum operi huic
destinatum, cum illo altero excremento hoc
etiam ejciat: aut etiam egressus ad hanc ne-
cessitatem, requirat talern locum: aut si cum
non possit habere, procul à frequentia & con-
spectu

specu hominum secedat in angulum & locum aliquem occultū, & ibi corpore propius ad parietem admoto satisfaciat huic necessitati.

μέστη μάδαια.] Prohibet turpem, inuercundam & religiosam lasciuiam circa rem uenerem. Primum, non est aperte & in conspectu domesticorum indulgendum huic negocio: neque post eius usum corpus nudandum. Per tria intelligit domesticos ipsos, & numen familiæ, quod uult reuerendum esse, nec huic etiam rei turpitudine offendendum. Deinde, non tempore luctus & tristitia, sed laeticia & hilaritatis. Prisci & Græci & Latini præficiabant numina etiam familijs. illi tria uocabantur, hi Vestā, Lares & Penates in quo hoc spectabatur, ut & ubique agnosceretur præsenzia dīuina, & ea semper reuerentia sua coleretur, atque inde homines facilius in officio retinentur.

μερφίμοιο.] tristi & lugubri sepulchro & funere, quando usus rei ueneræ non solum est irreligiosus & nimis lascivus atque petulans, sed & procreatione incōmodus. Hisce duabus uult regi istum actum, uenia piæ letitiae, & fine felicis procreationis.

μενδίτερ.] Sine religione & ablutione manus nō est transcendum flumen ullum limpidius & salubrius. Non repugno, hæc singula hactenus hoc in loco tradita, & quæ sequantur,

quantur, posse intelligi ut symbola grauiorum & reconditorum sensuum: sed ante omnia uidentur mihi nudè intelligenda esse. quia haud dubie Poeta sapiētissimus, pro suo singulari & planè uerecundo studio disciplinæ sollicitæ & assuefactionis rectæ, hæc etiam singula tanquam uitia, aut certè causas quasdam aut initia uitiorum, iudicauit digna prohibitione sua, & illa quidem religiosa, ut quod metus pœnæ ciuilis non posset pertingere, ibi metus indignationis diuinæ coerceret & astringeret securitatem, licentiam & temeritatem cupiditatum humanarum. Et hæc omnino pijs & honestis sana persuasione ita uidentur fugienda, ut à Poeta prohibentur: nec desunt in lege Mosaica talium prohibitionum exempla. Diuus uero Paulus in regeneratis per fidem, talem exigit morum ac uitæ sanctitatem, ut non solum factorum omnium, sed & dictorum uelit abesse turpitudinem & irreuerentiam. Sed ut de his ciuili tantum consideratione cogitemus, animaduertemus profectò rectam à puero assuefactionem ad eorum modestiam, uerecundam & religiosam obseruantiam, non parum facere ad pietatem & humanitatem, in æratibus etiā adulteribus, quia ferè afficiuntur pro illa prima assuefactione: nec qui circa minora non est pius, religiosus, modestus & uerecundus, circa maiora erit. Et facile appetet, hæc quantun-

quantulacunq; illis priscis & gentilibus magna fuisse, in illa per exigua quidem cognitione ueri Dei, sed desiderio & studio ardenti eius plenioris cognitionis & disciplinæ pietatis & honestæ pro ea promouenda. Ac quidem haud dubie in transēdis fluminib. uoluerunt homines ita assuefactos esse, ut considerarent non solum periculum præsens, sed & ingens & mirabile donum Dei, ut pro illo quidem uota facerent, pro hoc uero gratias agerent.

ἀγνῶμ.] Per hoc magnos intelligit, qui solent esse ἄνατα, perpetui fluxus, & nunquam intercedentis. *λαλίποιη.]* aquam limpidi, puri atq; salubris fluxus. *λαλά.]* Pulchra & admirabilia flumina, quæ certè non possunt non esse singulari admirationi, uel mediorum ter corum uim & naturam consideranti.

λανθάτι.] uitio & culpa sua habens manu illotas in transendo: quo excipit illius ablationis intermissionem, quæ ex quaconq; alia causa sit inuoluntaria & inculpabilis.

τῷ Αἰ θεοῖ.] Graue & certam indignationem Dei cominatur ita irreligiosis & temerarijs: & de poena subiungit uerbum præteritum cum ad uerbio futuro, dicens, *καὶ ἀλγεὰ δύνασθε,* in quo & ostendit moram uindicationis diuinæ, & occurrit improborum securæ de ea persuasiōni. Illa sāpē est tarda, nec statim sequitur delicta, inde praui sibi persuadent impunitatem, at Poeta dicit: *Διὸς statim post delicta dederunt*

dederunt & destinarunt atque contribuerunt
poenam, consilio & decreto suo: cuius execu-
tio ut non statim aſſit, tandem tamen impro-
bi ſentiunt eius effectus acerbos & tristes.

καὶ δὲ τοῦ προτόξου, θεῶμ ὅντι ματι θαλάττη
αὐτῷ τέχνῃ χλωρῷ τάχυνει αἴθων σιδήρῳ. (θεῖ
ματι τοτὲ δινοχέλων θεῖμον λεγοτῆρ Θύπορος
πανόντων, οὐλοὺς γαρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
καὶ μὲν μόνον ποιῶμεν πίξεσθαι ταλάπαι,
καὶ τοῦ φρεζομένης λεγότης κακέρυξα λεγόντη.

καὶ δὲ τοῦ χυτροπόδιοῦ αὐτοῦ πρέργεκτην αὐτελόν
ἔθειται, μεγάλονδι τεπέντη τοῖς γόνισ ποινή. (τα
κακοῖς ἐπ' ακινήτοισι καθίζει, δὲ γαρ ἀκεινοῦ,
κατεδαίσ την πλωματικοῦ, οὐτε αὐτοῖς αὐτοῖς
ητοιέται.

καὶ μὲν πλωματικῶν, τούτου τοῦ τέτυκται.
καὶ μὲν γεωμετρίᾳ λατρεῖ χρόα φαιμούμενοι
τελέρι, λευκαλέτη γαρ ἄδι χρόνοις ἐσ' ἄδι τῇ
ποινῇ. μὴ δὲ ἴδροισι μὲν πλωματικοῖς λεγό-
νται.

πλωματικοῖς λεγόνται. Θεός τοι καὶ τὸν νεκροτά-
ποδέποτε γόνι πλωματικοῖς λεγόνται πλω-
ματικοῖς,

ἄδι λεγατῶν τρέψη, μᾶλα δὲ διὰ τοῦτον τοῦτον
τοῦτον γνωστούχει, τὸ γαρ τὸ λαϊόμην διατη-

Ἄλλον έρθειν· Λαυτὸν δὲ Βροτῷν οὐαλόντες φέ
μισ.

Φύκη γαρ τε ισχή τελετή, κάρφη μὲν ἀερο
γέναι μέλι, αργυρέειν δὲ φέρειν, χαλεπώδεις
θεόδαι. (λι)

Φύκη δὲ τίς πάμπτειν ἀπόλλυται, πῦρως πολ
λαστὶ φυκίζει. Θεὸς νῦν τις δέ τι καὶ αὐτή.

Neq; de quintuplici ramo in Deorū cōmūia solē
Ferro splendido seces aridum à uiridi. (iii)

Neque lagenam ponas super craterem
Bibentium: nam in hoc est fatum noxiū.

Neq; domum extruēdo relinquas incomactam,
Ne quando cornix garrula insidens crocitet.

Neq; de ollis illibatis sumpta
Comedas, neq; laues: quia his etiam inest poena.

Neq; colloces supra immobilia, quia nō est bonū,
Puerum duodecim annorum, quia uitum imbel
lem reddit:

Neq; mensiū duodecim, quod hoc etiā est simile.

Neq; corpus exhilares balneo muliebri

Vir, quia etiam in hoc tandem est tristis

Poena. neq; ad sacra ardentia progressus,

Vituperes arcana: quia deus hoc etiā indignatur.

Neq; unquā in ostiū fluminorū fluentium

Neq;

Neque in fontes mingas, sed ualde uites:
Neque exoneres aluum, quia non hoc melius illo.
Ita agas: & uites grauem famam hominum.
Nam fama est incommoda, exortu quidem leuis
Admodum, sed toleratu molesta, & difficilis de-
 positu.

Neque prorsus perit ulla fama, quam multi
Populi circumferunt: quia ipsa est etiam dea quædā.

Σ X O Α I O N.

Exequitur reliqua uitia & delicta, que sunt
Contra hominis officium, & ad sui cohibitio-
 nē metu pœnæ diuinæ egent. & hic primū in
 sanguinem in mensa festi præcipue solennis ab-
 scissionem prohibet, quod etiam hodie est ru-
 sticum & in ciuile: sed priscis erat etiam irre-
 ligiosum, qui mensam Numini sacratam habe-
 bant. *vītoξip* uocat manum, quia constat
 quinque digitis quasi ramis.

σελάνη.] solenni, frequenti, hilariori & floridiori: qualia erant conuiua illa, que apud pri-
 scos festis diebus & inter sacrificia celebraban-
 tur. Vox est ducta à την δάλλων, quod est flo-
 rere & uigere.

αὐδον ἀπὸ χλωροῦ.] aridum & siccum, id est unguies, ut terrestres & solidos: à uiridi, ut carne humidiori, & non ita solida atq; terrestri.

αὐδον κατιτ.] Hoc præceptum potest intelli-
 gi bifariam. uel ut prohibeat, cyathum &

paruum poculum supra craterem magnū ad locari, ut liceat cuiq; inde haurire quoties & quantum uelit, & ita potantes habeant anfan largius bibendi, & se ineibriandi: uel, ut ne uelit in conuincio solenni & frequenti atq; hibriori, paruum poculum pro cratere apponere: quia hoc sit parū liberale & decorum, cum tum liceat & conueniat hilariores esse, & largius bibere: ut ita prohibeat ~~απαραστασιαν~~, parsimoniam & sordes in compotationibus frequentioribus. & hoc sensu ~~ιαπόλης~~ significat hic uel præ, sicut iam est expositū: uel supra, quia ita suprà posito cyatho, coguntur conuincere & compotatores ex eo minori bibere, & non ex cratere maiore atq; capaciore. Videntur autem hoc dici sensu ampliore, ut prohibeat ~~απολογίαν~~, sordes & curam priuati commodi in omni negocio honesto, liberali, & sumptibus suis quadam tenus curando. Causam subimmit grauē, quia tales ~~απολογίαν~~ sequatur malum fatale. Conuiuæ enim, & qui debebant participare de liberalitate aliena, ualde offenduntur, & animi alienantur talibus sordibus: & inde male imprecahtur, & minus honorificè sentiunt & loquuntur de tali homine, nec possunt bene erga eum affecti esse.

μετὰ δίουν .] Domus cœpta perficienda est, nec relinquenda inexcædificata, ut non inhabent homines, sed super eam desertam coniūcū garrula sedens perstrepat. Multi peccatores.

cacones

ea conatus ædificiorum, & inde uulgo fabula
sunt, uel ut splendoris cupidiores, uel ut im-
prudentes, aut inconstantes: ut de ipsorum æ-
dificijs non tam perstrepat garrula cornix,
quam fama hominū uaria, uaga, irraguaxis,
mordax & odiosa: de qua re Cicero etiam li-
bro i. Offic. tradit. Et certè est hæc cura ædifi-
candi eiusmodi, ut nō facile inuenias aliquem,
quamlibet prudentem & industrium, cui ea
per omnia ex animi sententia procedat: ut nō
immerito doctrina cœlestis eius faciat quan-
dam mentionem. Sed non hic tantum ædifi-
candi conatus, sed & aliis omnis est ad finem
suum perducendus: aut male audit, & uarie
perstringitur & laceratur.

antifigur.] impolitam. Vult iam non tan-
tum perfici, sed, quod magis est, elaborari, ex-
coli & exornari. de quo dicitur hoc prouer-
bium, Spartam nactus excole. Et profectò in
quantaçunque diligentia & solicitudine satis-
faciendi functioni suæ, est difficile uitare hanc
λακίγιον λυρώντιον, stridulā & uocalem cornicem
famæ malignę, sinistrę & traducentis. ita enim
suprà dixit,

Ἐπεὶ δὲ καὶ πότε τινες δισυροῖσιν ἀπαστ-
λεῖσθαι, οὐκέχρητος, ὁ μαρτύρος τυγχάνει,
Cuius sinistra, diuersa & peruersa iudicia qui
per omnia effugiat, eum non facile inuenias.
Theognis in suis uersib. sæpè queritur de hoc
modo in ciuibus suis; quibus dicit se non pro-

gio IN H E S I O D V M

bari posse: sed non esse mirum,

— ἀδικοῦσιν

τάνατος οὐκ ὁμοίωσιν, εὖτε αἰνιχούς:

quia neq; Iupiter ipse omnib. placet, & cum de-
mittit pluuiam, & cum eam inhibet.

μέτρα καὶ.] Duo prohibet nō esse facienda an-
te libationem & consecrationē, quæ utraq; ha-
beant adiunctā suā pœnā diuinitūs ordinatā.
Primum est, comedere de ollis illibatis: quod
faciunt homines uacui à timore Dei, rapaces,
gulosi, & more belluarum uoraces. χρήσιμες
αὐτοπρόμετρες uocat, ollas stantes ad ignem supra
focum, ex quibus cibi nondum sunt ritè pari-
nis infusi, & mensis impositi atq; consecrati.
Ita uult, pro capiendo cibo ritè, assidendum
esse mensē, & de ibi appositis famē sedandam:
non in culina ex ollis irreligiosē & audē uo-
randum esse. Alterum est, lauare de aqua in
ollis ad ignem positis: quia & hoc est contra
morem piūm, honestum, humanum & ciui-
lem, qui seruat suum decentem & uerecun-
dum ordinem & modum lauandi tum singu-
las partes, tum corpus totum.

ἰπτὰς τοῖς ἵνα τοῖν.] His etiam, quamlibet
in speciem exiguis, inest sua pœna: quam in-
telligit à Numine offenso postea mirabiliter
immitti. Ita etiam gentiles animaduerterunt
esse ubique gubernationem diuinam, & ab ea
nullam non puniri transgressionem, etiam in
minimis,

μηδέτερον.] Prohibet liberorum collocacionem supra sepulchra & morticina, quæ uocat *άνιστα*, quia non mouentur, aut non sunt mouenda. & fortasse priscis irreligiosum & infastum videbatur esse, liberos iuniores supra ea collocare: quia persuasum habebant, inde ex quadam indignatione diuina, fieri illos aut non diuturnos, aut segnes & torpidos, quasi mortuos: aut certè confidentes, securos, temerarios & impios. Sed per *άνιστα* uidetur *εὐημένως*, aut etiam absolute, intelligere ea etiam quæ uacant motu, & sunt segnia & mortua: ut ita prohibeat ocium & ignauiam in prole duo decim annorum, nec uelit eam relinquiri in ijs quæ nihil eam moueant, exerceant & indurent, sed delicijs & mollicie diffluere faciant: quia hoc non sit melius & consultius, quam eam motu exerceri & roborari. ita enim adultos & ad uirilem ætatem prouectos, efficit imbecilles, molles & inualidos. Similiter etiam non sit consultius & melius, problem duodecim mensium priuare omni motu: sed eam agitandam cunis, gestando, erigendo, & id genus alijs modis, atque etiam (ut Aristoteles 7. Politicorum uult) fletu.

μηδέ γυναικάφ.] Prohibet, ne uir lauet cum muliere, aut balneo utatur muliebri: quia hic etiam sequatur sua grauis poena.

χρία.] scilicet *ιατής*, secundū corpus exhilaret: uel *γαϊθύνασι χρία*, exhilaret corpus, & cum

uoluptate quadam singulari lauet & mundis
sicer id. Respicit in usu uerbi huius ad $\nu\sigma\tau\epsilon\eta$
feminatorum, mollium & libidinosorū, qui
aut ex præsentia mulierum inter lauandum,
aut ex balneis, quibus illæ sint usæ, sectantur
uoluptates libidiniſ: aut corpora sua talibus
balneis abluunt, & nitida reddunt, qualibus
mulieres solent uti: & hoc ideo, ut ipſi magis
placeant. Talis balnei usus est huiusmodi
generi hominum in præsens quidem iucundus & gratus: sed $\omega\delta\chi\pi\mu$.] tandem, & non
ita longe pōst, uel lōgo deinde tempore, cum
corpus est ex huiusmodi uoluptate uenereal &
mollitie resolutum & enervatum: sentitur po-
na $\lambda\alpha\gamma\alpha\lambda\alpha$, noxia, acerba, tristis & grauis, ex
præsentia & subsecutione uariorum morbo-
rum. Rei turpis & obſcœnæ effectus tristes
& miseris non explicat, sed intelligentib. qui-
dem considerandos relinquit. alijs autem rem
grauiorem facit, dum poenam non explicat,
quam certam adesse & longo tempore sequi
asserit.

$\mu\delta\alpha\tau\omega\pi\alpha\tau$.] In celebratione ſacrorum uer-
ſandum reuerenter & caſtè: non uero carpen-
da ea, & riſu aut contemptu quodam perfe-
quenda.

$\kappa\iota\alpha\lambda\alpha$.] Arcana & mystica, quia sub illa ſua
specie externa habent aliud ſenſum, & uer-
ſum reconditū, tales enim fuerunt apud pri-
ſcos ferè illi ritus cæremoniales, qui erāt diſci-
plina

plena quædā uulgi, uel in pietate, uel in morib.
& uita ciuili. Nefas ergo erat in eas inquirere,
& quæ in ijs haberent sapientem & abditam
quandam disciplinam, illa carpere : quod Poe-
ta hic primūm uult . Deinde fortasse hoc etiā
requirit , ut ne inter sacra , turpia & obsecna
reuelentur & carpantur in alijs , sed castitas &
mentis & linguae assit.

*μαρτυρίων προχοῦ.] Neque ostia & exitus flu-
uiorum, ubi in mare illabūtur, neq; fontes, ubi
oriuntur, sunt sponte & dedita opera conspur-
candi urina , aut alio excremento : quia hoc
non potest fieri nisi ex singulari quadam petu-
lantia & lasciuia. & fortasse prisci putabant u-
traque hæc loca, & fontium & ostiorum, pro-
sequēda esse religiose quadam , eo quòd p̄r-
berent eximiam quandam occasionem & ma-
teriam cognoscendæ & uenerandæ sapientiæ
& potentiarum diuinarum.*

*τὸ γδ.] Hoc οὐαπολύχει non est melius, sed de-
terius & petulantius, atq; fœdius illo: sicut nō
est ita fœdum conspurcare quid urina, quam
ullo altero excremento.*

*ἀλλ ἵρδαν.] Concludit iam p̄cepta loci hu-
iis, de communi & ciuili uitæ ratione. Ita, in-
quit, agas, & te geras, sicut hactenus tibi p̄-
scripsi : & in primis uites & fugias malam fa-
mam , quæ est singulare quoddam malum &
incommodum , quæ facile quidem & leui de-
casa existit, sed p̄sentia sua est ualde molesta*

& aduersa, & per quam ægrè amouetur, nec sā
uulgs sparsa unquam potest omnino deleri.
& hoc quidem ex ui quadam peculiari, divi-
nitus ei attributa. Famæ & boni nominis uult
præcipuam esse habendam curam, nec unquæ
agenda quæ illam uiolare possint: sed & hac
iam prohibita, & omnia alia quæ ipsi incom-
modare queant, summo studio esse cauenda.
ad ipdum, ita agas, ut iam est à me traditum: &
pariter & facias quæ præcepi, & omittas quæ
prohibui, & sic in omnibus alijs & prosequen-
dis & fugiendis respicias iudicia hominum, &
te ad ea accommodes: neq; facias quicquam,
de quo possint malè cogitare, sentire & lo-
qui: sed ὑπαλαύο, tacite & cautele uites famam
& opinionem eorum de te, οὐρλό, grauem &
uehementem, quæ habet magnam & mirabi-
lem uim inter homines: uel turpem & oppro-
briosam, aut sinistram & malignam. nam hæc
uox οὐρλό multa significat, & uidetur Poeta
eam hic usurpare in ista tripli significatione,
ut ostendat famam uulgi ferè malignā & fini-
stram esse, & ad dedecus atque opprobria fa-
cile existere, & uim ualde magnam & admira-
bilem habere in utranque partem, & præcipue
in deteriorē. nam est λαύο mala, noxia, incom-
moda & molesta: λαύφη.] quæ quidem ad-
modum est facilis & leuis, ad hoc ut existat &
exoriatur: sed αργαλίτη, difficilis & molesta
leratu, quia ex omni parte incommo dat ho-
mini,

mini, & res eius impedit & remoratur. ut uerè dixerit Ouidius,

Omnia si perdas, famam seruare memento :

Quia semel amissa, postea nullus eris.

[*xa&rtu.*] Difficilis est etiam, & ardua deponitu & amotu, præcipue si increbuerit. Nam nulla fama prorsus interit, evanescit & deletur tamquam cassa, inanis & irrita, quam multi iactitant, circumferunt & in ore habent. nam ferè, quod multis uidetur, est uerum, & in singularis est natura ab ipsa acies & uis quædam ueri cernendi, quod Arist. libro 10 *stixōn* abiinitio docet, & septimo, ubi etiam hanc Poetæ sententiam allegat: *Quod etiam Poeta sentit, quia dicit, οὐ τοις ιστὶ γὰρ αὔτῳ,* Etenim ipsa etiam est dea & uis quædam diuina: qua mirabiliter quod latebat, & interdum ne sperabatur quidem unquam fore, & eruitur, & latè spargitur. De quo & Vergilius:

*Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,
Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo.*

Perquam ergo prudenter Poeta hic fratrem suum monet, ne quid peccet & perperam agat, unde macula aliqua famæ aspergi queat: sed omnino piè, honeste, iuste, consideratè & cautè agat.

H M E P A I.

Hματική δ' ἐκ δίόθεν πεφυλαγμένη,
εὐκατάκαιροι μοῖραι
πεφραδέμενοι μάτεοι, τριηκάδε μηνὸς
εἰσῆμοι

οργα τ' ἐποπῆσθεν, καὶ δέ ερμηλίων δακτύλιοι,
εὗτ' αὖ ἀλιθέων λαοὶ πρένοντες ἄγυροι.
αὐτὸν γαρ οὐκέται εἰσὶ διὸς πρᾶξε μηλόσητες.
πρῶτον δὲ νη, περάς τε, καὶ ἐβούλικοι δρόμοι μαρτυροῦνται.
τῇ γαρ ἀπόλλωνα χρυσόνερε γέναστο λιτό.
δύο δέ τη τὸν θέτε, μίνω γε μὲν ἔματεμ
νός

ἔξοχὸν εὔομλόνοιο, Βροτόσια δρυας πάντα
ἐνδικάτη σέ, διυωδεκάτη τ', ἄκμφωγε μὲν
ολλακέ, (διπ.)

πέ μὲν δις πάντα, καὶ δέ δύφρονικαρπόν σέμε
αἴ τοι διυωδεκάτη διένδικάτης μεγάλαντο.
τῇ γαρ τοι νένηματ' αὔραι πότητος αράχνης
ἄματος ἐκ πλέον, ὅπε τὸν οἶδεις σφρόντος αὔτη?
τῇ δέ ισάμενοσιτο γανή, πενθελειστό το δρ
γον.

μηνὸς δέ ισταμένη πρισκαιδεκάτης ἀλέαδη,
απόρματος αργέαδη, φυτὰ δέ γνήθρενταδη
ρίση.

ἔκτη δέ μέση μάλα σύμφορος δέκα φυτῶν,
αὐδρογόνος

αὐδρογόνος τὸν ἀγαθὸν, καὶ γὰρ δί τοι σύμφορός είσιν
(λῆσται).

ὅτε γνέαδες πρῶτοι, τότε αὖτε ἔτεροι γάμοις αὐτοῖς
ζεῦ μὲν πρώτη ἵκτη θεραπεία γνέαδες (λαμψ,
αἴρειν οις, ἐλλέτεροι δρίφες τάκμιναι, τοι τάκμιναι
συνέργητοι σύμφωνοι ποιητοί οι πάντοι πάνταρ.
ἰδιλλοὶ δὲ αὐδρογόνος, φιλέαδες τε οἱ δρόμοι
βαξέλαι

Τούτοις δ' αἴματοις τε λόγοις, κερυφίσεις τὸν οὐ-
εισκόντα.

μηνὸς δὲ δύο μηναῖς τοῖς πάθεμα τῷ βόῳ δρίμυνοι
τακμίνειν, δρῆσαι τὸν ωδεκάτην ταλαρόγυρον.
εἰκάστοι δὲ γάμοι μεγάλοι παλέων ἡμέτεροι θεοί φῶτες
γένναται, μᾶλλον γαρ τε νόοι ταπεικασμένοις
δέντες. (προτερότατος)

ἰδιλλοὶ δὲ αὐδρογόνος δεκάτη, ιδρυματία τε τε-
μέση. τῷ δὲ τε μᾶλλον καὶ εἰλίποδας ἐλεικας
βοῦς,

καὶ λίνας καρχαρόδεντος, καὶ δρῦσις ταλαρόγυρος
προγέννειν αὐτοῖς χέρσες παθεῖσες. τοι φύλαξο τὸ θυμόν
τε πράσινον ἐλεύθερον φθίνοντός θεοῖς αὐτοῖς τε,
ἄλγεαθυμοβορεῖν, μᾶλλον τοι τατελεσμένοις
πάνταρ. (τετρατάτη)

γάνδε τε ταρτημονὸς αἴγαδος δὲ τοις αἶνοις αἴγαδοι
οἰωνὸς κερίνας, οἵ τε δρύματα τότε αἴρεσθαι
τοι μητήρες

319 IN HESIODVM
τάμπας δ' οὐκ αλέαδαι, ἐπεὶ χαλεπά το
καὶ σύνα.

ἔν πέμπῃ γαρ φασι μὲν νόει μεταπολεύμην,
οὐρανοῦ λιννυμένας, τὸ δέ τοι πᾶν μὲν οὐρανοῖς,
μέσας δὲ εἰσθιμέτην θητορος ισρόμητην,
εὖ μάλα δέ πιπήσκοντα τοῦ τροχάλωφ γὰρ οὐλαῖ
Βάλλουν λεπόμον τε Γαμήν θαλαμία δῆρα,
νόοις τε γύλας πολλά, τάτ' αργύρια νησί ταῦ
λενταί.

τε τράπεζη δέ αρχεδαινῆς τούγραδις αρσενίς.
Εἴνας δὲ οὐ μέσην ἀλιστένας λάθον οὐ μαρ.
πρωτίσην δὲ εἴνας παναπίμων ἀνθρώποντομ.
ἐσθλὴ μὲν γαρ τὸ ποδὲ φυτόνην, ποδὲ γρύνεια
ἀνέρι τὸ ποδὲ γυναικί, καὶ ὑποτε πάγκανον
πομαρ. (slw)

ταῦρος δὲ αὗτοις τρισεπάσια μηνὸς αρέτη
αργεαδαί τε πίθε, καὶ εἰς τοὺς λιγότερας
βοστικούς οὐδένοισι καὶ εἰποις ἀκυπόδεοις,
ιῆται πολυκλιτές θολεῖσι σίνοπα τόντον
εἰρύμεναι· ταῦροι δὲ αἰλιθέας λικλίσκονται,
τεβράπεζη δὲ οἶγε πίθεον πρὸ ταύτην οὐρόμητην
μέσας· ταῦροι δέ αὗται μετ' αἰκάσια μηνὸς αρέτη
ποδὲ γυναικίνης, ἐπιδένεια δὲ διὰ χράμην. (slw
αἵστε μὲν οὐδέραις αἴσιμον εἰπιχθονίοις μεγάλοις,
αἵστε αἴλλαι μετάδιποι, αἴκηριοι, δὲ φέρονται.
αἴλλοι

S C H O L I A.

Ἄλλος δὲ ἄλλοικαὶνεῖ, πάχροι δὲ τὸ ἕσπειρον.
ἄλλητε μηδένι πέλεμόνερον, ἄλλοτε μήτιε.
τάκων, οὐδὲ αἴμαργένη ὅλβιος, ὃς πάσῃ πάντα
εἰδὼς, δρυόζηται αὐτούς ἀθανάτουσι,
οὐριβασ κρίνων, καὶ οὐ πρεστίας ἀλεξίνων.

D I E S.

Dies autem ex Ioue obseruans accurate,
ut sunt ordinatis:

Indices seruis, trigesimam mensis optimam
Et ad opera inspicienda, et ad uictū distribuendū,
Quādo populi iudicando ueritatē administrant.
Hi enim dies sunt à Ioue prudenti:
Primum uetus, et quartus, et septimus sacer-
dies.

Hoc enim Latona peperit Apollinem aureo pra-
ditum gladio.

Octauus et nonus, duo dies mensis
Crescentis, eximiū ad curanda negotia humana.
Undecimus et duodecimus ambo sunt boni,
Hic quidem tondendis ouibus, ille uero ad deme-
tendum grata frumenta.

Sed duodecimus longe melior est undecimo.

Nam hac araneus in aere pendens texit telum
Dicī parte maiori, quando formica aceruum de-
metit.

Hæc

Hac etiam mulier telam instituerit, et opus pre-
mouerit.

Cæterum mensis stantis decimum tertium uites
Ad sementem inchoandā, sed est optimus ad plan-
tas inferendas:

Decimus autem sextus, medius, ualde est incom-
modus plantationi.

Et bonus ad marem gignendum, sed non commo-
dus est foemellæ.

Neq; gignendæ primo, neq; elocādæ ad nuptias.

Neq; primus sextus generandæ foemellæ
Aptus, sed ad castrandos hædos et greges ovū.
Et est dies benignus ad stabulū ovile circūdandū:
Ad hæc bonus gignendo mari, et solet profert
dicacia.

Et mendacia, et uerba blanda, et locutiones
clandestinas.

Octauis autem dies ad porcū et bouē mugientē
Castrandum, mulos autē laboriosos duodecimo:

Cæterum uigesimo magno pleno die prudentem
Gignas: nam ualde mente solers erit. (uirum

Decimus autem est commodus gignēdo mari, et
decimus quartus puellæ,

Medius: hoc autem oves, et flexis curvisq; pe-
dibus quarto boves,

Et canem

Et canem eximum, et mulos patientes laboris
Cicures facito, imposta manu. studeas autem
consulto

Vitare quartū et incipientis et desinentis mēsis,
Ad meditanda tristia, quia est dies ualde efficax.
Sed quarto mensis ducas domum uxorem,
Consultis auibus, quae super hoc negocio sunt o-
ptimæ.

Sed quintas uita, quia sunt difficiles et graues:
Nam quinto aiunt Furias obambulare,
Periurium punientes, quod contentio peperit da-
mnum periuris.

Medio autem septimo Cereris sacram frugem
Accuratè dissipiendo in area rotunda
Disjicias, et ligna cædas domestica,
Et multa ligna noualia, quae sint nauibus apta.
Quarto autem incipias pangere naues fragiles.
Nonus medius ad uesperum est melior dies:
Sed primus nonus est omnino hominibus inno-
xius.

Hic etenim est bonus plantationi, et generationi
Viri et mulieris, et nūquam dies malus omnino.
Pauci prætereasciunt, tertium nonū esse optimū
Et ad dolium adoriendū, et ad imponendū iugū
Bobus et mulis et equis uelocibus,

*Et nauem compactam & uelocem in magnum um
Trahendam : sed pauci uera pronunciant. (re
Quarto operi dolium : est in primis bonus dies
Medius : pauci nouerint post uigesimum mensis
optimum*

Mane , sed uesperi est deterior .

*Atque hi quidem dies sunt hominib. ualde utiles.
Alij autem inanes, inefficaces, & nihil afferentes.
Sed aliis alium laudat, et pauci certū quid sciant:
Et dies alias est mater, alias nouerca.*

*Fœlix & beatus, qui ista omnia
Considerans, Dijs inculpatus agat,
Horum auguria obseruando , & uitando trans-
gressiones.*

Σ X O Λ I O N .

*Hactenus aliquandiu bonum uirum & bo-
num patrem familiæ instituit , ut deberet esse
etiam uir pius , bonus cognatus , bonus ami-
cus , sodalis , conuiuator , & omnino ciuis bo-
nus: qui aliorum benevolentiam , gratiam &
famam bonam sibi demereatur officijs pietas-
tis & honestatis: contrà autem summo studio
uitet , quæ deū, quæ homines offendere que-
ant, & aliqua specie turpitudinis, immodestie,
inuercundie, & similiu m uitiorum maculam
quādam famę inurere possint . Hic credit ad ea
quæ sunt domesticæ curæ & administrationis,
quæq;*

quæ sunt quotidiana, & in singulos dies pèr mensis spaciū facienda, aut non facienda: quæ particula separatim inscribitur, $\text{H} \Sigma \text{I O} \Delta \text{O} \Gamma$ $\text{H} \text{M} \text{E} \text{P} \text{A} \text{I}$, quia in ea Hesiodus peculiariter & singillatim tradit, quæ quoq; die mēsis omnis per totum annū conueniat facere, aut non facere: & quidem ex causis nō ita obuijs & conspicuis, sed abditis in prouidentia & gubernatione diuina, & in natura rerum, & præcipue corporum superiorum: quorum tamen uim & effectus, sapientes sua aut contemplatione, aut experientia nonnihil deprehenderint. Ita accurate Poeta, sicut ab initio in Titulo doctrinæ huius promisit, tradit hominis ἡρακλεῖ opera & officia secundum ἔπος, tempora anni & dies mensium: & quidem pro fine uitæ recte, cōmodæ & fœlicis in omnes eius partes. Hos autem dies discernit secundum eam mensis rationem, quæ tum obseruabatur, qua mensis dī uidebatur in tres diuādas, quarum prima uocabatur μηνὸς ἵσταμένου, altera μεσῆτος, tertia φθινοπώτος. & dies mensis trigesimus, qui erat prioris finis, & initium sequentis, uocabatur ἕτη κρήτη, uetus & noua dies, quod finiret priorem mensem, & inchoaret nouum. Hæc tota ratio priscorum mensium extat in Dictionarijs Græcis perscripta, ut non sit opus aliqua mea explicatione.

[Quarta di.] Disertè proponit, & præcipit in genere, quod deinceps est per partes traditurus.

turus. Præterea, inquit, dies ~~temporales~~ edictus, & retinens in obseruatione. in dīlī, ex Ioue, ut ex administratione diuina & ex corporum cœlestium motu reguntur. ~~hārā pī gā~~, accuratè secundum eorum ordinem fatalē & diuinitū acceptum, tu dies edoctus seruis indices. uel ~~temporales dūrari hārā pī gā~~, dies à Ioue & cœlitus ordinatos & destinatos, tu ex tua diligentí cognitione & prudenti obseruatione seruis accurate & ritè præscribe & demonstra, ita ut quosque labores suis certis & auspicatis diebus obeant. Dicit ipsum debere habere dierum cognitionem, quia ipsius prudentia sunt omnia administranda, & secundum illos dies præscribendi labores seruis, qui uacant prudentia & solicitudine, nec faciunt nisi iusta & ex metu pœnae, quia viribus præcipue corporis & appetitus sensitui polent, ratione autem non item. Vnde Homerius. *Idavas. g.*

ημερα γαρ τ' αριθμηται ημερα συνεχα σὺν αὐδον, τὸ τ' αὐ μη λαττα δύλειη ημεραίνεσι.

Jupiter dimidium uirtutis adimit

Viro, quam primūm eum seruiliis conditio occupat.

Ideo autem hic primo loco seruorum instructionem de diebus præcipit, quia ipsi labores necessarios & quotidianos expediant.

πικάδα.] Trigesimum diem, qui est finis & initium mensis, commendat præ alijs, ut ad sua certa negotia faustum; à quo die fortassis

scideo

se ideo etiam incipit, ut primo mensis integratam, quæ constat diebus 30, proponat, quam deinceps est ordine explicaturus, ostendendo sigillatum ad quæ dies mensis quisque sit faustus aut infaustus. Hanc autem trigesimā diem afferit esse perquam faustum, & idoneam, & ad domesticam & ad ciuilem solutionem debitorū pro laboribus creditis. Nam tum in Grecia iste dies & publicè & priuatim usurpabatur ad hoc negociū expediēdum, ex causis uel naturalibus uel ciuilibus, illorum hominum prudentiæ non leuibus. Poteſt autem horum duorum uerſuum hæc etiam esse *euértaſiſ*: Tu accurate & ritè cognitis & obſeruatis diebus, ut ſunt à Ioue ordinati & diſtincti, feruia indices, inculces & persuadeas, trigesimum eſſe optimum. *γεωρ.*] & ad labores & opera eorum totius mensis impicienda, æſtimandaq; & ad uictū, mercedem & penſum pro illis iuſtum ſoluendum, diſtribuendumq; *κατ' ἀξίαν*, pro cuiusque meritis & industria nauata.

ὑπάρχειν.] quando etiam uulgò paſſim λαοὶ & creditores priuatim ſolutionem debitorum exigunt, & publiè magistratus *λειπόντος*, cognoscendo & diſjudicando lites ob credita & debtata *ἀγωγήσιν*, agitant, diſcutiunt & administrant ueritatem iuſticiae: hoc eſt, ſuis iuſtis iudicijſ dirimunt & cōponunt lites & controuerſias.

Vel, *ὑπάρχειν.*] poſtquam & ubi peregerint illo die ſeniores de populo publica negocia &

iudicia, quia ille dies sacer erat, & ante omnia controuersijs de ærc alieno componendis destinatus.

αἰδίῳ γάρ.] Harum triginta dierum, quibus constat mensis, explicationem per partes instituit. Hæ, inquit, sunt dies, *in diήσειν*, uel *τριημέρεις*, à Ioue prudenti, quas ipse singulari consilio ad certos usus & effectus ordinauit. Hic tres, primam, quartam & septimam, ante omnes commemorat, ut etiam factos & religiosos dies: & præcipue septimam, quia ea Latona pepererit Apollinem. Huius opinionis Antiquitas nō habuit nullas causas Physicas aut Astronomicas: nostri certè Theologi & Medicis multum attribuunt Hebdomadi, septimo numero dierum & annorum, ut in multis alijs, ita etiam in natura humana. *īn*, uetus & ultima dies mensis, quæ etiam *vix noua* uocatur, aut *τέλος νέας* simul: quia est prioris mensis exitus, & sequentis initium, dicta est *īn ab īp īrē*, ideo spiritu denso insignitur: sed cum > geminatur, tum Aeolicè tenui spiritu signatur.

οὐδούτη.] Octauum & nonum dies continuus mensis *ἴξος αἰγαλέων*, ualde crescentis, & in magno incremento *ισαγλέων* constituti, ut iam absoluenter primam *Aἰκάδα*, dicit esse faustos, idoneos & commodos ad curanda & expedienda omnis generis negotia & opera humana, quæ sunt de usu uitæ. Poteſt autem
hac

hæc etiam esse constructio, dñm y mñm qñnta m-
vis æfemino, id est i gñvñs lñxæ, sunt isti duo
dies eximij & præclarí, wq; tò wñndæ, ad se-
dulò & strenuè aggredienda & curanda nego-
cia. Sic & undecimus & duodecimus dies sunt
commodi & prosperi: sed duodecimus lon-
gè præstat ad labores & opera solertiae & in-
dustriae. quod constat signis: quia & ara-
neus in aere pendens, maiore ex parte diei
huius, texit suam telam: & Idæus, solers, pro-
vida, sollicita & industria formica demerit
aceruum suum: hoc est, singula grana acer-
ui arrodit, ne subtus terram uegetentur &
crescant.

¶ di.] Hac ergo die mulier etiam solers
& sedula, stamen telæ rectè instituerit, & pro-
mouerit suum opus, atq; alia etiam artificio-
sa opera hac die faustum & prosperum fuerit
inchoare & urgere.

¶ di.] Decimam tertiam diem mensis,
alterius quidem decadis, sed à priori non
procul digressi, necdum prouecti ad me-
dium alterius decadis, uult uitandum esse ad
sementem faciendam. Cæterùm ad plantas
inserendas, ante alias assumendam esse: de-
cimam autem sextam, quæ sit media & al-
terius decadis, non quidem ad plantationem
esse commodam, sed ad masculæ prolis gene-
rationem satis prosperam: nō autem item ad
œmellæ uel generationē uel desponsationem.

Similiter neque sextam diem in decade prima
mensis, uult esse idoneam ad puellam gignen-
dam, sed ad hœdos castranos & arietes quiū
tum uero ad stabulum oquum sepiendum &
communiendum, putat esse diem benignū &
faustum: ad hæc, ad generationem maris dex-
tram; præterea diem esse talem, qua soleant
existere nuge & obtręstiones, item menda-
cia, blanditiae clanculariæ, & bladæ inter aman-
tes collocutiones. Octauo autem die iubet
castrare sues, porcos, & boues ualde mugien-
tes, & ipso mugitu robur suum declarantes:
& duodecimo, mulos laboris patientes. Vi-
tur epithetis usitatis, & perquam accommo-
daris animalibus istis;

anādi.] Vigesimum diem uocat magnum,
quia continet duas decadas: & plenum, quia
sit absolutus, à quo incipiat tertia deca, quæ
sit mēsis oliverræ, à plenilunio ad novilunium
& mēsem alterum declinantib; uel quia eo to-
to, uel quia eo iam expleto, paret dandam es-
se operam gignendo filio ingenioso & soler-
ti, qui sit habiturus bonam indolem, & euas-
rus in prudentem & grauem uirum. Deci-
mam commendat pro mare gignendo, & de-
cimam quartam pro facella: quo die dicit
etiam commodum esse cicurare & manu as-
suefacere oves, boues, canem & mulos. Cate-
rūm quarta die, & in prima & in tertia deca-
de, monet cauendum esse à solicitudinibus, &
tristibus.

tristibus atq; anxis cogitationibus & conati-
bus: quia uterque horum dierum sit admo-
dum efficax ad producendos retum euentus.
& ideo quarto die, primæ præsertim decadis,
esse ducendam uxorem, & celebrandas nu-
ptias, prius tamen consulto augurio ad hoc
negocij auspiciatissimo. Quintam autem
diem cuiusque decadis, uult esse metuendam,
& cautè obseruandam: quia hi tres soleant es-
se graues, periculosi & horrendi, cò quia istis
diebus dicuntur Furij circungraſſari, et puni-
re periuria ex cōtentionibus in perniciem ho-
minum orta. Per ἑω̄ intelligit deam malæ
contentionis: hoc est, uim illam quasi fatalem
et ineuitabilem malarum contentionum, quæ
in animis hominum ex inuidia, malevolētia,
odijs, ſimilitatibus, auaritia, ambitione, & id
genus alijs uehementioribus affectibus exi-
ſunt, & homines in uaria mala inducunt.
Decimoſeptimo die probat uerſionem et uen-
tilationem frugum Cerealium, in area rotun-
da, et accommodata per ſuam accuratam om-
nium rerum ad hoc negocium pertinentium
considerationem & obſeruationem. Eadem
die præcipit, ut faber ſecet ligna multa, quæ
ſint apta ad ædificia domestica, et ad naues, ex
quibus deinde quarta die incipiat compinge-
re naues debiles et fragiles. *ἀραις* uocat,
quia ipſæ collatae ad impetu maris, ſunt leues,
tenues et debiles.

avæs.] Decimus nonus dies post meridiem, uesperam uersus, est melior. Cæterum nonus est omnino innoxius: nam & ad plantandum est commodus, & ad gignendum tum marem tum fœmellam, nec unquam est planè & toruſ incommodus.

Porro uigesimum nonum diem pauciam aduertunt & sciunt in toto mense esse comodissimum, ad dolia retinenda, ad impoñendum iugum bobis, mulis & equis, ad nauem in mare protrahendam. pauci etiam de hoc die uera tradunt. Hinc apparet, priscis magnis studio fuisse hanc dierum discretionem, nec omnes eam recte assequi potuisse: quod animaduertere est hodie in nostris Almanach, & similibus Calendarijs de cursu totius anni. Decimoquarto est cadus relinendus, qui dies est in primis sacer. Vigesimus quartus etiam est perquam faustus, mane præferit: à prandio autem non item, quod pauci nouerunt.

audiuſſr.] Incipit concludere hunc etiam locum, dicens: atq; hæ quidem dies hominibus sunt admodum utiles obseruatu: reliquæ autem sunt *μιτάδευτοι*, cum sono, quæ sonum canum & nomen habent: alioqui sunt *καίροι*, quæ iam habent singularem uim à fato, neq; quicquam noui afferunt, ut destitutæ peculiariamento. Sed de hac re sunt diuersa iudicia, & aliis aliud probat diem, cum pauci quid certide-

tidē hac re intelligent & notum habēant: uel, alius alium diem asseueranter & constanter commendat, & pauci hoc norunt, cōsiderant & perpendunt, nullum diem esse perpetuō & semper bonum, aut malum: sed quemq; aliās agere nouercam, aliās matrem: hoc est, modō esse benignū & prosperū atq; faustum, modō malignum, infelicem & infaustum. Valde modestē & de suo & aliorū iudicio loquitur. Vult, & quę ipse tradiderit, & quę alij tradant de diebus, esse prudenter & sobriè intelligenda, ut non pro omnino certis & perpetuis habeantur, sed pro ijs quę ἀστινομία τὸν οὐρανόν uera deprehendatur: & ideo prudenti cuiusque observatione esse plenius & accuratius discutenda & discernenda. Hunc uersum quispiam bene ita redidit:

*Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est.
Pro hac uaria dierum & temporum dispositio
ne dicit Homerus in Odyss. uarias etiam natu
ras esse hominum,*

*τὰς γὰρ νέος ἴστιν επιχθονίην αἰθρίαντιν,
αὖν οὐδὲ μαρτυρεῖ γε ταῦτα σύνδρομον τι διώνυτι.*

Talis est hominum animus, qualem in singu-
los dies inducit Iupiter.

*μήγαν διάφανον.] Cognitæ & obseruatæ hæ dies
& bonæ & malæ, sunt hominibus magna utilitas: illæ aliae in neutrâ partem habent quan-
dam uim singularem.*

*τάσιν.] αὐτὴ τούτων, uel uia τάσιν, ab his, uel
propter*

propter hos dies, est fœlix et beatus, qui haec sciens, etc. uel, fœlix est & beatus, qui ista omnia sciens laborat inculpatus.

τάκη.] istorum dierum, ἵγειρας λεγίνης: uel, quod in primis placet, fœlix est & beatus, οὐδὲ τάκη, qui omnia discrimina & edocitus & expertus, τάκη istorum dierum, agat iuste & in culpatè, et interim obseruet anguria, & nihil contra ea faciat. Est conclusio huius loci, aut etiam totius huius doctrine de recte uite uia, & eius fine fœlici: pro quo consequendo uult haec et illa prius tradita de iusticia & labore, diligenter seruanda esse, unā cū consideratione & obseruatione religiosa auguriorū, et aliorum ex quibus uoluntas & gubernatio diminua cognosci posint.

σύδαιμον.] σύδαιμον, bona et intelligēti mente est præditus, & recta atq; sana cognitione fœlix: & οὐδέποτε, bonorum & rerum ad uitā pertinentium successu & copia beatus.

οἱ τάκη.] qui haec omnia edocitus, et obseruans τάκη istorum dierum, quae traduntur, aut tradi possunt de agendis et uitandis die quoque, ἵγειρας agat & laboret iuste, sicut est traditum de laboribus et negotijs iustis, rectis & utilibus.

αὐδάνης.] Et quidem, ut iuste agat & laboret, ut sit inculpatus Dijs, ut in nullo offendat Deum, neq; quicquam agat contra ipsius non suntatem, quam per anguria & alios probatos modos

modos exploreat & cognoscat: & inde eius, & omnes iusti & recti transgressiones caueat & uitet. Aptè & perquam grauiter hæc conclusio consentit & cohæret cū propositione principali, & tota deinde tractatione, atq; adeò cū inscriptione ipsa. Inscriptio fuit S P R Q N K A I
H M E P Q N, Operum & dierum, in quibus duo bus officiū hominis & rectam atque fœlicem uitæ rationem constituit, ut homo agat iusta & recta, quæ sunt agenda & tempore suo, opportune & prudenter. Quam etiam uitæ rationem, & eam quæ ipsi opponitur, & ad infœlicitatem & miseriam homines perducit, ab initio proposuit. Vbi constituit duo genera hominum, unum præclarum, aliud obscurum: siue duos fines, unum fœlicitatis, alterum infœlicitatis. & pro istis duobus hominum generibus & finibus, duas etiam vias, per quas Iupiter, ut supremus gubernator generis humani, in sua prudenti administratione: alios homines perducit ad decus, gloriam & fœlicitatem: alios ad dedecus, obscuritatem & misericordiam. Ad quæ postea totam suam doctrinam & omnia præcepta direxit, ut ostenderet, & quæ esset illa recta via in iusto & opportuno labore sita, per quam homines sub gubernatione diuina perueniant ad uitæ fœlicitatem: & quæ illa peruersa iniusticia & imprudentia ignaviæ constituta, qua perducantur homines ad omnis generis mala & difficultates: quam viam,

uiam, usitatam illam quidem, & multo magis
 quam est illa recta & salutaris, sed ex ignoran-
 tia & cæcitate hominū, ita studuit declarare, ut
 omnes cognoscere possent eius perueritatem
 & miseriam, & inde se totos conuerterent ad
 illam rectā & fœlicē prosequendā. Cum ipsis
 propositis & traditis quam bellè cōsentiat hęc
 conclusio, facile appareat: quia, sicut Poeta huc
 potissimū respexit, & in hoc incubuit, ut pro
 fine hominis traderet in hoc cursu rerū huma-
 narū, & sub diuina earū gubernatione, rectam
 uiam ad illū fœlicitatis finē: ita hic concludit,
 illū consequi finē suū, & esse fœlicē & beatum,
 qui ea omnia hactenus tradita de discrimini-
 bus dierum & iustis labōrib. habeat bene cognita & percepta, & secundum ea iuste & pro-
 denter ad approbationem diuinā agat. hunc
 enim finem fœlicitatis ipse cōstituit, & rectam
 ac diuinitūs pr̄scriptā hominib. uiam ad eum
 promisit, eamq; sapientissimè per omnes uitæ
 partes explicuit & declarauit. Proinde magni
 facienda est hęc Poetę nostri doctrina, quę est
 & grauis & erudita, in qua conuenienti ordi-
 ne & modo explicatur recta & salutaris via &
 ratio ad illud bonum, ad quod omnes natura-
 lis dicit intentio. sed quam plurimos deuīus
 error inde abducit, ut nō consequantur, quod
 maximè cupiant: sed multis suis curis, labori-
 bus & periculis eo perducantur, quò minime
 uelint, ut in errore & difficultatibus consilio-

rum & conatuū infeliciter & misere degant, nec se inde euoluere & extricare queant. A quo genere uitæ, ut admodum uago, difficili, tristi & misero, quo qui lōgius abduci cupiūt, eo magis amplecti debent hanc Poetæ nostri, & similiū aliorum sapientum uirorum doctrinam, quæ hoc propositum potissimū habeat, ut rectam & salutarem uitæ & instituendæ & transfigendæ rationem tradat. Hæc autem uitæ ratio pro salute non tantum præsentis, sed & futura, tametsi non aliunde potius quam ex sacra Scriptura peti debeat & possit: tamen hæc etiam prisorum Poetarum & aliorum sapientium uirorum doctrina nunquam fuit omnia neglecta, quo ad cognitionem legis naturæ, iusticiæ & prudentiæ ciuilis, & uitæ humanioris. Ad quem usum, & fortasse ad quandam pleniorem legi etiam diuinæ cognitionem, qui hæc Poetæ nostri penitus intellexerit, nō parum animaduertet ea sibi professe, nec facile eis aliquid priscæ sapientiæ monumentum præponet. In quo, si nos etiam usi fuerimus cum nonnihil adiuuisse hac nostra qualicunque explicatione, res benè cedet:

sin minus, studium tamen nostrum
speramus ipsum non omnino
improbaturum.

GEORGII MEDERI FRANCI
Epigramma, in Annotationes M. MATHIAE GARBITII Illyrici in
Hesiодum:

Nuper ut Elysij Ascreus uenit ab oris,
Et petijt nostrae docta Lyceia scholae:
Vidit ibi Illyricum uirtute excellere doctum,
Scribere ergo in libros culta notata suos.
Tunc ait: Illyricus quae dat noua lumina uobis?
Vix ego, uix tanta laude magister eram.
Nam dociles tradit mores, semperque manebit
Ille labor, nostrum quo decorauit opus.
His cum te tollat sed uates laudibus Ascre,
Quid dubitas, semper nobile nomen erit.
Quare age perge tuis scriptis ornare Poetas,
Ut tua sic crescat gloria, fama, decus.

R E R V M E T V E R B O R V M
in M. GARBIT II ad Hesiodum
Annotationibus

I N D E X.

A	amici ueri sūt οὐρανοί	288
A βιτηρία	41.42 amici pauperes nō postba-	
A ccipiter	100 bendi alijs	289
acquirendi industria	171 amicitiae secundū quid	287
acquisitio iniusta	156.168 amicus uerus nisi unus non	
actio una non facit uirtutem	facile' retinetur	288
tem	143 αὐταρχία	106
æmulatio	30 αὐτοῖς	40
ἀετόφυρον	151 ἀφίλια	289
affectus	66.71.74 appetitus	65
Ageſilai commendatio	168 aratio in Octobri	Νο-
agricultura	19 uembri	183
αιδὼς	105.106.107.108 aratio sera quando bona	
τίνος	110 216	
αιρχύνε	107 Aratus de caelo et stellis	265
ἄκιντα quæ dicantur	311 ἀρίστοις	25
ἀπομῆ	86 ἀρματά	233
ἀλεξιάρχη	209 Aristotelis loci 144.145.	
ἀλφιστὰς	62 170.175.190.244.	
amicitia ἀπλῶς dicta	287 246.311.315	
in Amicitia peccatur quā	Aſcra	257
titate	289. qualitas abſueſtio omnia reddit	
te.	ibidem facilia	143
amici iucundi et utiles plu	Ate Homerica	67.193
res esse poſſunt	288 ἀλήγω	55
	γ	κέρος

I N D E X.

<i>aurora</i>	230	<i>δάμονες</i>	83.85
<i>āvādāsas</i>	170	<i>δέρνε significatio triplex</i>	
<i>āgōnēs</i>	287	314	
	B	<i>Dei colendi aliquot modi</i>	
<i>Biblinum uinum</i>	241	160	
<i>būasā</i>	184	<i>Demosthenes periclitatus</i>	
<i>bos arans quis intelligatur</i>	62		
	190	<i>δημότερ</i>	147
<i>βελάνη</i>	25	<i>διάβολος</i>	45
	C	<i>Δίς</i>	215
<i>Canes λαρχαρόνδοντος</i>	245	<i>disciplina</i>	72.118
<i>caro uitulina</i> & <i>hœdina diuitiarum effectus</i>			150
optima	243	<i>dolus</i>	156
<i>Carthaginensis consuetus</i> <i>δῆρος</i>			198
do	150	<i>δωροφάγος</i>	119
<i>Cicero sapientiam suā deē ducuntia</i>			153
testatur	62.67		
	E		
<i>Ciceronis loca</i> 167. 206. <i>Εχέται</i>			210
	309	<i>effeminati</i>	312
<i>civiles virtutes</i> <i>αἰδώνεις</i> <i>dis eloquentia</i>			57
xx	105	<i>Elysius campus beatorum</i>	
<i>coniugium</i>	275	<i>patria</i>	98
<i>coniugij usus finalis</i>	124	<i>ἴερεν</i>	212
<i>confilium in nocte</i>	233	<i>ἱπατρᾶν</i>	126
<i>consuetudo omnia facit iu</i> <i>ἱπιχαρκανία</i>			278
cunda	144	<i>Epicharmus de incredulitate</i>	
<i>corpora oleo inuncta post te</i>			177
balnea antiquitus	228	<i>Epimetheus</i>	44.65.66
<i>credulitas nocet</i>	176	<i>ἱπιμύθες</i>	52
	D	<i>ἱπισπερίη</i>	202
			4218
20. 22			

I N D E X:

- | | | | |
|----------------------------|-----------|----------------------------|-------------------|
| ēpam | 295 | ηγατια abundant | 143 |
| ēre | 29.30.329 | fuci λάθρου | 143 |
| erroris uis & causa | 33. | | G |
| | 50.61 | | |
| Eteocles | 97 | Gentilium persuasio, nibil | |
| ētra | 120.229 | sine ope diuina proce- | |
| euentus stultorum magi | • | dero | 299 |
| ster | 118 | γένεται | 247 |
| ōppōnū | 233 | tata | 64 |
| ivthamētē | 210.212 | | H |
| F | | Herodotus | 166.232 |
| Fabula de accipitre | 110 | heros omnis monosylla | • |
| Fama dea | 315 | bicus | 114 |
| fama seruanda præ alijs | | heroes | 93. unde dicti 94 |
| bonis. | ibid. | ἀρωματικης virtus | 94 |
| fama bominum uaga | 309. | Hesiodus poeta factus | 16 |
| 314.315 | | Hesiodi commendatio 229 | |
| fames non premit indu- | | Hesiodi ἔργον 15. paren- | |
| strios | 147 | tes, patria | 16.257 |
| familia quomodo instituen- | | ἀμίγαι quare inscripta | 323 |
| da | 198 | īsia | 302 |
| festa post importatas fru- | | ītagia species amicitiae | 289 |
| ges quare instituta à pri- | | ītagias exempla. | ibid. |
| scis | 246 | Homeri uerfus | 114.152. |
| fides in conuentioneib, | 174 | | 228.247.255 |
| fletus in pueris bonus | 311 | Hominum duo genera | 23. |
| fratrum gratia rara | 102 | tria genera | 144 |
| fruges in propria domo | | horæ deæ ianitrices | 60 |
| 244. | | Horatij uerfus | 62.133.153. |
| fuci in ἀλυγαχις & depe- | | y 2 | īrathys |
| | 176 | | |

INDEX.

<i>honestus</i>	212	<i>res</i>	206
<i>hospitalitas</i> 288. <i>sacrosan-</i> <i>iuniorum amicitia</i>	289		
<i>Eta</i>	158	<i>Iupiter à capra Amalthea</i>	
<i>hostiarum ceremoniae a-</i>		<i>enutritus</i>	74
<i>pudantiquos</i>	43	<i>Iupiter ipse non omnibus</i>	
<i>ibique</i>	116	<i>placet</i>	310
		<i>iusticia</i>	18
I			
<i>Iapetus unde dictus</i>	46	<i>iusticia virgo</i>	153
<i>Idālius</i>	190	<i>iusticia universalis</i> ɔ̄ par	
<i>ignavi arcēdi à repub.</i> 148		<i>ticularis, iusticie spe</i>	
<i>ignis</i>	46.54	<i>cies</i>	122
<i>impunitatem sibi persuas</i> <i>hania seipsum destruit</i> , ɔ̄			
<i>dent praui</i>	304	<i>est intolerabilis</i>	102
<i>incredulitas nocet</i>	176	<i>hancūs</i>	71
<i>infantes nō omni motu pri</i> <i>hania</i>			143
<i>uandi</i>	311	<i>hælæn̄jus</i>	159
<i>ingeniorum uis</i> ɔ̄ <i>natura</i> <i>hælin̄jus</i>			61
28		<i>hūux duplex</i>	257
<i>ingeniosi huius</i> ɔ̄ <i>ininde</i>			L
ποιησι	56	<i>Labor</i>	18.147.149
<i>ingeniosi pallidi</i> ɔ̄ <i>exte-</i> <i>lac caprarum bene nutrit</i>			
<i>nuati.</i>	ibid.	243	
<i>inopia impedimentum uir</i> <i>laceſtendus nemo contine</i>			
<i>tutis</i>	289	<i>liofis dictis</i>	291
<i>inuidia</i>	31	<i>λαύτης</i>	97
<i>inuidiae uis quadruplex</i> 105		<i>liberalis uerè quis</i>	170
<i>Ira cōuicia suppeditat</i> 292		<i>liberorum multiudo bona</i>	
<i>iræ motus</i>	292	179	
<i>Ioēsus</i>	40	<i>lingue usus rectus</i>	291
<i>iuniores plerūq; securio-</i>		<i>lingua maledica, incom-</i>	
<i>res</i>		<i>moda</i>	

INDEX.

moda	292	modus rectus & opportu-
lingua thesaurus optimus	nus	275
291		morum similitudine coale-
nīta	228	scunt animi 277
lippis & tonforibus	220	muliere improba nubil a-
Litae & populās	67	cerbis 279
Liuij sententia	145	N
luscinia	110	Naturae hominum pro ae-
		riq constitutione uarie
Mala sub specie boni &	330	
per accidens appetūtur nauigatio	19.253.260.261	
33.50		262.271
Malē partum malē diffico rīmoris diuina	53.107	
rit	158	noxuria 236
manuum impuritas	299	Nicander Colophonius de
martiorum hominum exi-		agricultura 265
tus	91	νατιότης 53
μάσαι	243	νόκυα 85
medium determinatu dif- rōmos		188
ficile	275	νόσυμος 91
mens	65	numina præfecta familijs
mensis diuisio in decades	302	
tres	323	O
Mercurius deus eloquen-		Occasio præsens accipien-
tie	57	da 192
Mercurij epitheta	ibid.	ocij damna 220
μίροπος	80	ocium 150
μίσακος	212	ὅφελον 101
mebis in Iunio	183	opera hominis duplicita 17
μετοπάγενον	190	et 284
		y ? ordo

INDEX.

<i>Ordo Poeticus</i>	283	<i>præcepta de rebus agendis</i>
P		<i>ueria ut plurimum</i> 268
<i>pandionis filiae</i>	236	<i>praui non diu retinent ani</i>
<i>παιδιών</i>	49.62	205 286
<i>paterfamilias quatuor per procrastinatio, ignavia</i>		
<i>sonis sustinet</i>	282	quædam 191
<i>penates</i>	302	<i>pudor laudabilis</i> 151
<i>πορεπλαύσις</i>	184	<i>pudor uitiosus</i> 151
<i>personarum delectus</i>	203	R
<i>φρέσικος</i>	237	<i>Regenerati per fidem qua</i>
<i>φίλικα amicitiae</i>	81	<i>les esse debeant</i> 302
<i>φίλεντια</i>	56	<i>reges priscorum πολυπο</i>
<i>φίλοποι</i>	95	<i>μυτε</i> 96
<i>φιλοτιμia</i>	30	<i>ritus cæmoniales prisco-</i>
<i>Pbocion locis Demosthe</i>		<i>rum</i> 312
<i>nis</i>	66	<i>Romanum imperium in</i>
<i>φύη</i>	85	<i>εὐθύιας εγγιανσίς de</i>
<i>πυδάλιον</i>	41	<i>crevit</i> 64
<i>Pitheci sententia</i>	275	S
<i>Platonis loci 40. 117. 118. Sapientia nerui, non teme</i>		
<i>145.178</i>		<i>rē credere</i> 177
<i>πλεῶν</i>	250	<i>secula quinq; ordine disci</i>
<i>πλεονέκτης</i>	40	<i>tiuntur</i> 79.80.86.89.
<i>πλωφρία</i>	ibid.	<i>93.101</i>
<i>πλευριά uituperabilis</i>	288	<i>semidei</i> 94.95
<i>polypi natura</i>	229	<i>sera in fundo parsimonia</i>
<i>πλυξήρια</i>	288	<i>174</i>
<i>potentia diuina</i>	24	<i>seruiliis conditio</i> 324.328
<i>potentiorib. nō debent resi seruus amicus quatenus</i>		
<i>terre imbecilliores 114.</i>		<i>ei poshit</i> 147
		<i>seruus</i>

I N D E X.

<i>serui viribus corporis & Themistoclis ambitio lau-</i>		
<i>appetitu sensitivo polo dabilis</i>	30	
<i>lent</i>	324	<i>Theognidis sententia</i> 176
<i>serui λεύματα</i>	109	<i>Thucydidis locus</i> 228
<i>Siria Stella</i>	197	<i>timor Dei uellicare homi-</i>
<i>συνηρογύια</i>	308	<i>num animos potest</i> 298
<i>Solomonis sententiae</i> 43.	V	
<i>44.50.53.62. 66.113.</i>		
<i>Ventus, acer fluens</i>	253	
<i>uer cognoscendum</i>	236	
<i>φίλαρη</i>	264	<i>uicini demerendi & præ-</i>
<i>συφρεσύνη</i>	30	<i>ferendi affinibus</i> 165
<i>Spartā nactus excole</i>	309	<i>uicinorum amor & uene-</i>
<i>speci donum</i>	73	<i>ratio</i> 166
<i>spes in labris pyxidis</i> 44.	<i>uina rubra quomodo colo</i>	
<i>72.73</i>	<i>ratiōra</i>	249
<i>Sphingis enigma</i>	230	<i>uini utendi ratio</i> 172
<i>Stiua</i>	210	<i>uirtutes candidae</i> 108
<i>Stultus post factū sapit</i> 118	<i>uis</i>	156
<i>sumptuosi arcēdi à repub.</i>	<i>uita domesticae ratio</i> 292	
<i>148</i>	<i>uitia & mala inuoluntas</i>	
<i>σύμβολα</i>	295	<i>ria</i> 290
<i>συμπόσια</i>	ibid.	<i>Vlysses Nausicae σύμφρεσύ</i>
<i>συρφετήν</i>	246	<i>vlw precatur</i> 278
<i>συρφετάδες</i>	ibid.	X
<i>συσίτια</i>	295	<i>ξανθόκοτ</i> 102
T		<i>Xenophōtis loci</i> 168, 244
<i>Testudo</i>	237	
<i>Thebae tres apud poetas</i> 96	F I N I S.	

AD L E C T O R E M.

Vtile cum pulchro Lector coniungere utrumq;
Si cupis, innocue ergo fata restincta tua,
Hæc lege, percipies quæ sint dignissima vita,
Ocia quæ perimant, lucra maligna uentent.
Inculcent crebro iustum sanctumq; laborem,
Quo sine dij nobis subsidium renuent.
Hæc ergo infigas animo, cordiq; supremo,
Moribus effingas hæc bona dicta tuis.
Non lateant charta solum, quæ non diurna
Occidit: at uirtus ingeniumq; manent.
Quare age diuina hæc morum præcepta reuolue,
Quæ tibi Garbitius nunc bene culta dedit.

E R R A T A.

Pagina 20. uer. 9. lege paa, & sic in sequentiibus uersibus 28. 24. extruere, uicinus.
52. 3. muliebri 89. 4. attrectabiles 116. 4.
delinquit 127. 8. pericitatur 160. 20. ip/la
279. 10. malæ uxoris. 313. 30. causa
314. 5. esse.

BASILEAE, M. D. LIX
Mense Februario.